



V.T
18
7
9

ET IN MORTE QVI MA

QVI NON DILIGIT MAN



NET IN CHARITATE IN DEO MANET.

INCITAMENTVM AMO
ris erga Deum, authore viro quodam Reli
gioso ex eorum numero, qui institutum
Eremitarum D. A. Augustini sequun
tur: quiq; in Collegio Conimb. Virgini
MARIÆ de Gratia dicato versatur.

EXPENDERVNT QVAE
hoc libro continentur Doctores grauissimi.
Marcus Romæus : & Pelagius Rodericus
quos sereniſſimus Princeps Hærricus. T. S.
Cardinalis ampliſſimus examinãdis libris
prefecit, eaq; omnia ceu decretis Chriſtianæ
religionis conſentanea comprobarunt.

AD IOANNEM. III. LUSI
taniæ Regem clementissi
mum epistola.



MANDAVI SUPER
rioribus diebus
cū aperētibz me
is studijs, & gym
nastica exercitati
one feriarer, Rex inuictissime no
nulla literis: quæ valerent ad ani
mum diuini numinis studio in
flammandum: idq; eo consilio fe
ci, vt scribēdis sacris. pijsq; rebus
cum stylum exercerem, tum ani
mum amore pietatis incenderē.
Verum cum cogitatiunculæ illæ

nostræ latinis literis scriptæ, &
grauissimis patribus vitæ nostræ
moderatoribus, & viris summo
ingenio & eruditione præditis
probatae essent, eiusq; generis exi-
stimatae, quæ possent iis, qui colē
di Christi opt. & Maximi studio
tenerentur, multum ad pietatem
adiumenti afferre: non putavi cū
christiana charitate, quæ non suis
sed aliorum semper cōmodis in-
seruit, congruere: si eam opem et
vtilitatē hominibus pietatis amā-
tibus eriperem, ne dixerim inui-
derem. Quocirca quod mihi soli
inflammādo paraueram, id ad a-
liorum quoq; animos in beneficē

tissimi numinis ac pietatis studiū
incitandos, edendum in vulgus,
tibiq; o Rex clementiss. dicandū
ac consecrādum existimaui. Cui
.n. potius sacras, piasq; vigilias no
stras dicarem, nisi Regi coelestiū
diuinarumq; rerū studiosissimo,
ac pietatis amantissimo? Accessit
eo & incredibilis illa tua liberali-
tas, qua nos, qui virginis Mariæ
de Gratia cultui dicati sumus, ab
eo iam tempore prosequeris: quo
Augustiniana religio, restitui tua
cura in veterem gradum ac nito
re coepit. Que tua singularis be-
neficentia, cum te deo opt. Max.
vehemēter cōmendauit, ipsiusq;

tibi gratiam conciliauit, tum nos
tibi in perpetuum, nexu ac manci-
pio deuinxit. Quare cōsentaneū
admodū videbatur, vt qui maxi-
mis tuis impensis, & literis & reli-
gione aucti essemus: qualescunq;
nostras in literarum ac virtutum
studio progressionēs, tibi accep-
tas referremus: ac proinde hunc,
quem primum edidimus foetum
tibi consecraremus. Idq; eo etiā
libentius fecimus, vt qui amplissi-
mis tuis in nos beneficis paria res-
pondere non possemus, vel hac
re vna memoris ac grati in te ani-
mi aliquod signum daremus.
Accipe igitur Rex inuictissime

ea humanitate ac frontis hilarita
te, qua cuncta a Conimbrica tua
profecta soles accipere, hoc etiã
Augustiniani collegii tui mu
nusculum, nosq; solita bene
ficetia cõplecti perge, quo
maiora & illustriora a no
bis a liquãdo, quæ a
nimo cõmenta
mur, pos sis
accipere.
Vale.



et hinc inde ad hunc dicitur
et quia dicitur a Gombardis
profecta fides accipere hoc est
ix Augustinus collegi in
his mactantur prope solia bene
spu fides copla perge duo
cum maior de illis non
pau bis a pldo a id rep
cau abano comens as
mest in m p l u m u s o s a m
tibi coe p r o p r e d i s e e n i a
Ibentur fons / qui amplifi
m t 33 a n o s d e n i 33 p a n e t
p o n d e r e n o n c o l l e m u s , v e l h e
r e v n s m e m 33 a t g r a t i i n t e m i
m a l o m d f i g n a d a t u s
A c c i p e i g n a t R e x i n a d i s t i n t

*AUTHORIS IN INCITAMEN
tum amoris ac pietatis aduersus deum
praefatio.*



APIENTIVM

*virorum sententia est:
summam cuiusq; rei
perfectionem, coniunc
tione cum eare, è qua
ortum habuit & sta
tum, contineri. Qua-*

*re cum opt. Maximusq; Deus hominem pro
creauerit: illiq; omnia tum mentis, tum corpo
ris ornamenta tribuerit: satis constat, summã
hominis felicitatem, summumq; bonum in eo
esse cõstitutũ, vt deo, a quo id quod est accepit,
cuiusq; vi, ac singulari bonitate conseruatur
adhærescat: ac sanctissima cũ eo necessitudi
ne, amoreq; ardētissimo copuletur. Cuius rei
illud est vel maximum testimonium, ac certis
simum argumentum: quod & si omnium re
rum copiis quis affluat, amplissimis honoribus*

P R E F A T I O

auctus sit, ac deniq; omnium votorum suorum compos efficiatur: non dum tamen optata quiete ac tranquillitate fruitur, non dum satiauit cupiditates, sed deum, si modo illum diligit, ardentissime desiderat, rerumque caelestium ac sempiternarum eximia cupiditate flagrat. Nullam ex diuitiis, nullam ex honoribus, nullam denique ex omnibus istis bonis, quae mortales experunt, capit voluptatem: omnia quae cernuntur oculis mortalia illa quidem & caduca aspernatur: illud solum amat & amplectitur quod valet animum ipsius cum deo coniunctissime conglutinare. Cum vero deum ardentissime atque intimis visceribus amplexuset: incredibili letitia ac voluptate perfunditur, conquietescit animo, omniumque rerum, quarum corpus abulat, ac postremo lucis huius medio afficitur. Quid porro hoc aliud declarat, nisi summum hominis bonum in hac sola cum deo procreatore omnium ac parente coniunctione esse collocatum? Iam vero si deum non colit, quamvis Croesus diuitiis, Alexander a ditione et imperio, Sardanapalum voluptatibus: Solomonem vero rerum sci

PRAEFATIO

*entia & cognitione vincat: nondum ingenitâ
 animo potioris boni sitim expleuit, nondum
 extinxit igniculos cupiditatum, nondum
 quietem animi cumulatam, ac iucundita-
 tem est consecutus. Etenim summus ac præ
 potens Deus eum finxit hominem, qui cœ
 lestium bonorum, atq; adeo ipsius diuinita
 tis particeps effici posset: proinde summi
 boni potiundi incredibilem quandam illi cu
 piditatem ingeneravit: qua vel inter letif
 sima huius vitæ, omniumq; rerum af
 fluentes copias perpetuo admoneretur: se
 non luci huic caducæ, & mortali, sed
 æternæ perfruendæ, non terrenis, sed cœ
 lestibus bonis potiundis esse natum. Hoc si
 ne dubio perspexerant Principes philosopho
 rum, qui hominis beatitudinem in contem
 platione primi omnium rerum Principij col
 locarunt. Quare cum vniuersa homi
 nis beatitudo in coniunctione cum deo sit
 posita, sequitur profecto vt summum ho
 minis incommodum, in distractione ab eodem
 ac*

PREFATIO

ac separatione sit constitutum. Vt ergo illū
 qui deum opt. Max. ardentissime & augustis-
 simè veneratur, vere felicem, tametsi omni-
 bus vitæ præsidis destitutus sit, ac beatum di-
 xeris: ita eum qui effectorem omnium deum
 non colit, neq; diligit, tametsi vniuerso impe-
 ret orbi, iustissimis de causis miserimum ap-
 pellaueris. Hoc ipsum viderat ac senserat regi-
 us ille vates, qui etsi summum dignitatis gra-
 dum teneret, maximis opibus abundaret, se ta-
 men pauperem atq; inopem demisso animo cō-
 fiteri, deum q; suum, quem vnice diligebat, in
 quo vno spem omnem vitæ locatam, fixamq;
 habebat, ad hunc modū alloqui consueuerat.

Psal. Quid mihi est in cælo? & a te quid expetii su-
 lxxii. per terram? contabuit corpus meum, & a-
 nimus meus tui desyderio: tu robur, & vis
 es mentis meæ: tu opes, tu copie, & pars
 mea, id est, hereditas sempiterna. Ecce qui
 longe discedunt ab te, interibunt: perdidisti et
 suppliciiis æternis addixisti omnes, qui te dere-
 licto atq; repudiato, aliud amant & amplec-

PAEFATIO

euntur. At mihi deo ad haerescere, consultum est: & defigere in eo omnes spes meas. Quibus quidem verbis vir ille magnus, copiis, honoribus, rerum gestarum gloria, ingenio, omniq; genere virtutis florens: ardenti tamen diuini numinis amore & studio incensus, apertissime declarauit: in hac de qua agimus, animi cum Deo conglutinatione, summum hominis bonum esse situm, contra vero in disiunctione, summum malum. Quia ecce, inquit, qui longe discedunt absteribunt. Quid ni interibunt, qui auertuntur, ac disiunguntur a vita? Christus dominus vita est animorum. Ego sum, ait, resurrexerit Iohannes & vita, quem qui diligunt, eo viuunt, quia charitatis nexu cum eo copulati, deumque sunt. Ex quo efficitur, ut qui cum deo non sunt sanctissima amicitia coniuncti, mortui sint profecto: ipsis etiam cadaueribus detestabiliores, tamen si ex corpore & animo consistunt, luceque hac mortali fruuntur. Etenim qui non diligit, Ioa. iiii D. Ioanne teste, manet in morte. Heu quot hominum millia viuere se arbitrantur, qui tamen

PRAEFATIO

nefariae cuiusdam mortis somno confopiti iacent. Corpore quidem certe valent, lucē hanc caducam intuentur, vigentes florentesq; sunt: sed multis ac magnis sceleribus obligati animo priorsus interierunt. Quorum interitus condolentius deplorandus est, quo minus ipsi se interuisse intelligunt atq; percipiunt. Ad extremum vero cū vita functi, in sedes impiorum deturbantur, intelligunt quam miserum accalamitosum, quam horrendum, & extimescendum sit a deo distrahi & diuelli: tum vitæ errata deflent, nullis inquam lachrymis & angoribus expianda, si ñ dāna ex praua vitæ usura accepta acerbissime deplorant. Arbitror planum iam esse factum, coniunctione ac conglutinatione hominis cum deo, summū eiusdē bonum, contra vero distractione atq; disiunctione extremū malū contineri. Ex quo illud iam consequitur, vt quæ homini deū conciliāt auidissime sint ei amplectenda, & studiosissime persequenda, quæ vero ipsum ab animis alienant, sint magnopere respicienda, & summo studio

dio

PRAEFATIO

dio & conatu fugienda. Quæ nam porro ea
 sunt, quæ creaturam rationis cõpotem deo cõ
 mendant & adiungunt, nisi pietas, religio, om
 nium humanarũ rerũ, ac deniq; suisius con
 temptio? Quæ nã rursus deũ a nobis vehemẽ
 ter abalienant: nosq; ab ipsius amore, cultu, et
 obseruantia auertunt: nisi impuritas animi,
 quæ ipsa ex nimia rerũ externarum appetitio
 ne, & deprauatæ naturæ obsequio & indulgẽ
 tia proficiscitur? Hæc sunt vincula siue com
 pedes, quibus homo vehementer constringitur
 & ab amando colẽdoq; deo magnopere retar
 datur. Hæc ipsa vincula vt homo disrũperet
 Esaias diuino spiritu afflatus admonuit, i qui *Esa.*
 ens, solue vincula collitui captiua filia Sion. lii.
 Quam pulchre diuinus illæ Propheta animæ
 eius quæ peccatorũ vinculis colligata est, mise
 ram verbis illis et acerbã seruitutẽ expressit.
 Nam qui iniecta ab aliquo cervici cathena cõs
 trictus tenetur, quocũq; voluerit, quoue impu
 lerit is, qui cathenam iniecit, velit nolit, trahi
 tur atq; propellitur. A deundem etiam modũ

PRAEFATIO

qui totum se corporis obsequio dedit, qui pra-
 vis animi cupiditatibus obtemperat, quocumque il-
 lum effrenati appetitus inuicant, inducunt, et
 alliciunt, eo continuo intemperantis animi libi-
 dinibus miser inflamatus concitatusque rapi-
 tur, nullumque modum vitij ac flagitiis adhibet.
 Qua seruitute nulla durior, ac miserior esse
 potest. Quot scelera suscipiunt ii, qui sibi ac
 vitæ deseruiunt? Nullum est facinus ita imma-
 ne, ad quod obeundum hominem non compellat
 nefarius amor, atque indulgentia sui. Hac igitur
 vincula rumpat, his se cathenis exoluat et
 expediat oportet is, qui deo inservire, ipsique per-
 petuo cupit adherescere. Id quod ab eodem no-
 bis est diligentissime præceptum, & amanti-
 sime imperatum. Diliges, inquit, dominum deum
 tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex
 tota anima tua, ex totis viribus tuis. Quibus
 verbis Deus opt. Max. homini, quem ex nihi-
 lo procreavit, ac quodam religionis vinculo si-
 bi deuinxit, imperauit: ut cor suum, animam,
 mentem, atque postremo totum animi & corpo-
ris

PRAEFATIO

is robur genitori & effectori sui deo dicare
 atq; consecraret: hoc est, ut dominas studeret
 habere libidines, contraheret & coerceret ap-
 petitus, terrenas deo q; odiosas cogitationes a
 nimo extruderet, cōtra vero coelestes, diuinas
 deoq; gratas susciperet: sensus omnes corpori
 ad diuina praescripta ac decreta vigilantiss-
 me moderaretur, ac deniq; ad hęc ōnia, numi-
 nis amore exequenda ac perficienda vniuersū
 non animi solum, verū etiam corporis robur
 adhiberet. Verū hoc praestare nulla ratione
 potest is, qui sibi ipsi nimis indulget, et auersis
 a ratione motibus per incontinentiam, intēpe-
 rantiamq; obsequitur. Neq; n. fieri ullo mo-
 do potest, Christi opt. Max. conseruatoris ac
 doctoris hominum grauissimi testimonio, vt
 quisquam Deo ac sibi, duobus quidem dominis
 tam valde inter se dissidentibus, inserviat atq;
 satisfaciat. Qua igitur ratione homo, con-
 templandæ ac fruendæ diuinitati destinatus
 assequi possit: vt compedibus hisce ac cæcenis
 solutus: Deum procreatorem omnium ac quā



PRAEFATIO

optime de se meritum parentem, ardenti amo-
 re complectatur, & augustissime veneretur,
 ego pauperculus, cum eiusdem praepotentis ac be-
 neficentissimi Numinis colendi, tū conseruan-
 dorum hominū studio & cupiditate inflāma-
 tus: explicare hoc libello ac docere decreui. Cō-
 plexi enim ea in eo sumus, quibus animo atten-
 re diligenterq; agitandis, nemo non, si modo se-
 dare pietati voluerit, ad respuēda declinādaq;
 flagitia: despiciendasq; res humanas, contra-
 vero ad diligendum, reuerendumq; numen di-
 uinū, persequenda studia virtutis, appetenda
 vero coelestia valeat incitari. Adieciimus prae-
 terea pias quasdam & ardentes preces, quibus homo,
 ubi singularum rerum consyde-
 ratione, accurata attentaq; meditatione qua-
 si excaesatus fuerit, ac dei studio incensus, cū
 Deo colloquatur, & quam arētissime copule-
 tur: in quo vno hominis beatitudinem sitans
 esse demonstrauimus. Illud imprimis lectorē
 admoneo volo, ut libellū secum semper ges-
 tet, manibus terat, habeatq; in promptu, ut si
201 40
23
cubi

P R A E F A T I O.

tibi aut si quando eum illecebra peccati ad vi-
 olandam verēdam aeterni numinis maiestatem
 sanctissimasque eius leges perfringendas inui-
 tauerit, & allexerit: legat continuo ea, quibus
 meditandis possit a concipiendo & admittēdo
 scelere reuocari. Neque enim quempiam tam sensus
 humani expertem, tamque ferreo & adaman-
 tino corde fore arbitror: qui earum rerum, quas
 multas hoc libello complexi sumus, considera-
 tione non molliatur: et a suscipienda quauis cul-
 pa deterreatur: dei vero optimi & beneficen-
 tissimi studio & amore non vehementer inflā-
 metur. Quicumque igitur his legēdis, et cum ani-
 mo suo cogitandis, in amore dei, et pietatis stu-
 dio profecerit, domino deo gratias agat: ac quā-
 tulamcumque sibi factam ad studium virtutis ac
 pietatis accessionem Christo regum domino
 acceptam referat. Ac de consilio, sensuque nos-
 tro hactenus: deinceps ad rem explicandam, di-
 uino praesidio subnixi, aggrediamur.

INCITAMENTI AMORIS ERGA

Deum prima pars, quæ
docet quã sit homini fugien-
dum, declinandumq;
peccatum.



De ijs quæ valent ad peccati
odii concitandum.

Quantopere peccatũ deo displiceat.

CONSIDERATIO I



QUONIAM DE IIS, QUI
bus in diuini numinis colendi,
ardentissimeq; venerandi, stu-
dium incitari quis possit, scribere
instituumus: fieri autem nulla ratione queat,
vt Deum quis diligat, charumq; habeat, eũq;
sibi conciliet, nisi a peccatis ac flagitijs auer-
sus sit: aperiã ipso Deo opt. Max. inuãre,
quibus rebus considerandis homo peccati odi

um suscipiat usq; adeo, vt et antea vitæ
scelera defleat : eaq; in posterum tota animi
contentione declinet.

Principio igitur considera, ac tecum ipse di-
ligenter expende o homo quantopere peccatum
Deo displiceat, cōtra demoni hosti tuo infestis-
simo quantū placeat. Hoc. n. vel ex eo maxi-
me perspicipoteest, quia neminem in iuā Deus
sive in cœlo sive in terra tam charū habuit,
tot ac tantis beneficijs ornauit : Quem si
flagitio aliquo inquinatum comperisset : non
continuo aspernatus fuerit : ac postremo nisi
resipuisset, sempiternæ mortis supplicio affe-
cerit. Quantopere existimas Luciferum, ac
cœteros spiritus, qui aduersus numen illud præ-
potens ac diuinum cum Lucifero conspirarūt,
ab ipso opt. Max. q; Deo fuisse dilectos ?
quantis dotibus ornatos ? Verum cum pri-
mum per insolentiam, & arrogantiam prolap-
si sunt, simulatq; spiritus sustulerunt : conti-
nuo, e cœlesti domicilio exturbati, sēpiterno
supplicio sunt mulctati. Excellentissimus ille
regiusq;

regiusq; Propheta David Vir Deo gratissimus, beatissimus Petrus Apostolorum princeps, quorum alter per incontinentiã ac libidinem, alter vero per inconstantiam ac violatã fidem regiam. D. Numinis maiestatem, laesit, & offendit, si peccatis, & flagitijs illis obligati, vita decessissent: sempiternas profecto admissorũ scelerũ penas dependissent, quantũuis antea chari Deo, ac grati extitisset. Evolve sacrarum literarum, adde etiã, & profanarum monumenta, comperies, quanta seueritate clementiss. Deus in eos animaduertit, qui ab officio, religione, pietate, ac debita deo obseruantia, animiq; demissione recesserunt: etiam in eos, quos singulari antea beneuolentia complexus fuerat, ac maximis beneficis affecerat. Hoc certe Hebræorum gens toties diuina seueritate afflicta, ac postremo ob ingentia facinora, summamque in deum benignissimum ac munificentiss. ingrati animi significationem, repudiata, abiecta, spreta, omninmq; sibilis expulsa, insi-

gni dedecore ac macula notata maxime declarat. Quam igitur putas esse execrandum id atq; fugiendū, quod Deus tanto odio prosequitur, ut neq; in cœlo, neq; in terra illud possit tolerare, quoue efficitur, ut eos quos ardentissime dilexit, quorumq; causa acerbissimos cruciatus pertulit, ase repellat et eyciat æternis supplicijs cruciandos? Sic. n. dicit dominus Iesus Christus cum e cœlo de viuis ac vita functis iudicium factururus, ac sententiam pronunciaturus descenderit, Discedite ame maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Si clementissima, & indulgentiss. mater filiolum, quem materno amore complectitur, in ardentem fornacē nunquā inde liberandum coniceret: nōne magnum aliquid, graue, ac matri valde exosum fuerit necesse est id, quo factū est, ut in charissimū filium tanta iracundia exarserit? Cur igitur o homo id non totis viribus tibi fugiendum putas: quod Deus tuus tantopere odit? Cur non Vereris eum qui tediligit tam grauiter

Math.

xxv

Luc xiii

offendere, eiusq; in te acerbissimum odium
 concitare? iam vero peccatum quantum
 diabolo placeat, facile ex eo intelligi po-
 test: quia cum ab spe salutis prorsus exci-
 derit, neq; possit ullomodo iuxta decretum
 diuinæ voluntatis in pristinum dignitatis
 gradum restitui, ardenti inuidia, & acerbissi-
 mo odio eos persequitur, quibus cernit datam
 esse diuinitus facultatem illuc tandem perue-
 niendi, vnde ipse miserrimus, & infelicissi-
 mus per insolentiã extrusus, & deiectus est.
 Ex quo fit, vt homines noctes diesq; insecte-
 tur, omnia vndiq; loca circumeat, quærens
 quæ deuoret, trucidet, ac supplicij sui parti-
 cipem, proh dolor, efficiat. Quo quidem
 in studio iam inde à multis annorum millibus
 quam studiosissime, ac vigilantissime elabo-
 rat: nullumq; genus est flagitij, ad quod sus-
 cipiendum homines, post miseram illam primi
 omnium satoris ac parentis Adami prolapsio-
 nem, non induxerit, allegerit, & impulerit.
 Heu quot hominum millia truculentissimus,
 a iji ac sseui

ac fœuissimus ille leo trucidauit, atq; interitus
 affecit sempiterno? Quot reges, quot princi-
 pes, quot præclaros doctrina viros præcipites
 egit? quam multos excellentes, virtute, religi-
 one ac pietate viros, è virtutis altissimo gradu,
 in sedes impiorum deturbanit? infestissimus
 humani generis hostis non nostra appetit,
 sed nos: Da mihi, inquit, animas: cœtera
 tolle tibi. Has igitur insectatur, has in
 omni vita persequitur, his capiendis atq; ex-
 pugnandis noctes, ac dies inuigilat: si cuius ve-
 ro innocentiam prostigauit: si cuius pudicitiam
 expugnauit, elatum, & inuictum animum
 fregit: si cuius deniq; virtutem afflixit ac
 prostrauit, Deus bone, quanto gaudio ex-
 ultat, quantum sibi de parta victoria tribuit,
 atq; blanditur? Quare cum ita se res habeat,
 ô homo, ita ne desipies, vt aduersarium tuum
 peccando, ac diuinas leges aspernando, gaudio
 afficias, teq; illi deridendum præbeas? Deri-
 dere certe demones atq; illudere in miseros
 homines, quos fregerunt, prostrauerunt qz:

ex sanctorum patrum monumentis cognouimus, atq; horrifonas et inconditas voces edere, perinde ac si gaudio exiliant, & in miseriam superati hominis insultent. Quanto profecto tibi rectius consuleres, si colenda honestate, flagitijs vero detestandis, sanctos angelos tui amantissimos, singulari gaudio, ac letitia perfunderes: Deum vero tibi adiungeres potius, quam peccando in te grauiter incitares. Sed caue tibi a sceleribus faciendis iam desiste: nefarijs flagitijs finem impone, alioqui iam iudex seuerissimus distringit gladium, iam iam commissorum scelerum poenas expetiturus, arcum suum tetendit, et tela mortifera preparauit. Heu quam horrendum est incidere in manus dei uiuentis.

CONSY II.

QUANTAM IS QUI SCELVS
aliquod suscipit, Deo iniuriã faciat.

Considera etiam o Homo quã insignẽ deo summo iniuriã peccãdo facias. Deum
a iiij sed

*n. tuum, procreatorem tuum, a quo id quod
 es, accepisti, cuius vi, & bonitate assidue con
 seruaris, cuius singulari munificentia indig
 nus pascaris, cuius providentia gubernaris, cu
 ius sanguine sacratissimo é diaboli seruitute
 es redemptus, & in numerum filiorum dei
 receptus ascitusq; : contemnis, aspernaris, &
 respuis, eiusq; voluntati parere, inq; ditione
 ipsius esse, ac summum in illo bonum collocare
 proh dolor, recusas : et quo ad eius facere potes
 diuinitatem illi, si fas es dicere, per arrogantiam
 eripis. Si quis piá regi diceret, nolo o rex tibi
 obtemperare, nolo inditione tua esse, non possú
 adduci ut tibi in seruiam nonne insigni contume
 lia regem afficeret? Quid igitur aliud tu o ho
 muncio peccando agis? nonne videris dicere do
 mino Deo tuo, nolo o Deus te ut Deum cole
 re, nolo tue voluntati & imperio parere,
 ego ipse volo mee voluntati, meisq; cupidi
 tatibus, & appetitionibus obsequi, volo
 mei iuris esse, nullius, legibus, decretis, ac præ
 scriptis subyci? quid igitur restat o puluis, nisi
 ut Deum*

Vt deum diuinitate spolies: eamq; tibi arroges
 & assumas? nam qui voluntati suæ sic indulget,
 vt eam diuinis legibus ac decretis nõ velit
 esse subiectam: profecto Deo diuinitatem,
 gloriam, honorem, dominatumq; eripit, eũq;
 sibi per summam arrogantiam, & superbiam
 vendicat, & usurpat. Hoc autem facile
 intelliges ó homo, si cognoueris hominis amo-
 rem illi soli deberi, a quo id omne quod est,
 viuit, et sapit, largitate incredibili accepit.
 Quare cum hæc omnia creatura rationis men-
 tisq; cõpos a deo opt, et, Max. habeat, sequitur
 vt ei soli amorem, pietatem, obedientiamq;
 alijs vero propter ipsum debeat. Quidquid. n.
 beneuolentiæ, obseruantia, & honoris in alios
 confertur, id colendi numinis gratia conferen-
 dum est. Ex quo efficitur, vt qui præcipue
 aliud quicquã amore complectitur: illiq; re-
 pudiat deo sese dedidit: illud sibi ipsi deum
 constituat, si vero præcipue, & imprimis
 homo seipsum diligit: suiq; solius gloriam
 & honorem appetit: seq; ab omnibus (id quod
 solius.

solius Dei est) laudari, suspici, et obseruari cō-
 pit: se ipsum sibi deum profecto efficit, atque
 constituit. Quare non solum deum suum de-
 bito fraudat, verum etiam dominatum, ac
 principatum illi eripit: ac pro inde cum Deo
 vehementissime pugnat, eiusq; hostis, infestis-
 simus efficitur. Quae inimicitia, nulla maior
 homini cum Deo potest intercedere. Nam
 qui per vim, & arrogantiam aliquem honore,
 & dominatione spoliat, regiam maiestatem,
 in quam insultare ausus est, cum vehementer
 laedit, tum illi magnopere aduersa tur. Consi-
 mili etiã ratione, qui contempto spretoq; Deo,
 voluntati suae nimium indulget: cum diuinita-
 tem per summam insolentiam usurpat: tum
 certe intestinam cum Deo, & acerbissimam
 gerit simultatem. Quae iniuria nulla maior
 Deo opt. et Max. fieri potest. Ita ne igitur o
 homuncio Deum tuum audebis contemnere?
 itane in pro creatorẽ tuiq; effectorẽ Deũ ñ gra-
 tus eris, vt abiecta ea, quã illi iure debes, obedi-
 entia, obseruantia, & pietate demoni terri-
 mo pareas.

mo pareas: in eiusq; ditionē ac potestātē vltro
 venire nō dubites? Nā Christi domini nostri
 testimonio ac sententia, qui facit peccatū, ser
 uus est peccati: cū autē omnis peccati ac flagitiū
 author sit Diabolus, reliquitur profecto, vt qui
 peccato seruit, tyrannide etiā Demonis mise
 re oppressus teneatur. Qui cū semel in pote
 state ac ditiōe Demonis fuerit, durissimo præ
 mitur seruitutis iugo: nā quocūq; infestissimi
 domini, ac crudelissimi tyrāni volūtas propen
 sa incubuerit, eo cōtinuo ardore cupiditatis in
 cēsus, rapitur, & impellitur. Heu homo miser
 tantū ne tibi concedes, ac permittes, tantū ue
 indulgebis, vt a Deo tui amātissimo, tamq; be
 ne de temerito parēte, quo animulum tuū ex
 pleas fluxa, ac cōtinuo peritura voluptate, quo
 deniq; cæteris auersis à ratiōe animi tui moti
 bus pareas, ad eius aduersariū, hostemq; tuū
 deficias? ita ne cum sis filius dei, te in seruitu
 tem Demoni, adde etiam ipsi peccato trades?
 & quod detestabilius est, tot dominis quot fla
 gitis? iā vero alterius in te hominē lōge ingra
 tissimū beneficia, singulari cū munificentia

Ioan.

viij.

Ad ro.

vi.

ij. Petri

xx.

tum benevolentia collata, alterius contra in-
 te malefacta, diligenter attende atq; consy-
 dera. Ille qua te bonitate condidit ac procrea-
 uit? Qua misericordia, è seruitute diaboli in-
 libertatem vendicauit? Qua liberalitate:
 ac beneficentia, multis animi, & corporis do-
 tibus ornavit? Qua benignitate ea quæ ad-
 tuendam ac conseruandam vitam valent,
 quotidie tibi, qui pane quo vesceris es indig-
 nus, largitur ac suppeditat? qua patientia
 delinquentem tolerat? Quacharitate, ac
 mansuetudine, ad resipiscendum internis mo-
 nitionibus quotidie adhortatur, & inuitat?
 qua clementia in officio cessantè, emendatio-
 nēq; vitæ ac reditum ad honestatem, & virtu-
 tem quotidie procrastinantem, etiam atq;
 etiam expectat? Qua vero lætitia, ac bene-
 uolentia ad se tandem redeuntem excipit?
 Qua misericordia omnia tibi crimina condo-
 nat? ac supplicium sempiternum, quo (nisi re-
 sipuisses) vsurus inte erat, remittit, aq; con-
 cedit? contra diabolus quam hostili odio te
 persequitur.

persequitur? quã ardenti tui inuidia flagrat? quam astute, & callide tibi in omni vita insidias tendit? si te suis laqueis irretiuit, si animũ tuum expugnauit: si te deniq; in suam ditio- nem ac potestatem redegit: non amat, non fo- uet: non liberaliter, amice, humaniterq; tra- ctat, sed inimicissimo animo excruciat, & crudelissimo dominatu opprimit, rapturus te continuo ad supplicium sempiternum, nisi di- uina bonitas obstaret, reuersionem ad se tuã quotidie expectans. Verum si redire in gra- tiam cum deo neglexeris, teq; mille flagitijs inquinatum extrema dies occupauerit: tanto in te puniendo Deus erit seuerior, quanto in te expectando, ac flagitijs tuis tolerandis extitit patientior.

CONST. III

Quam sit is, in Christum conseruatorem ho- num ingratus: qui ys se flagitijs contami- nat, quæ ille morte accerbissi- ma expiauit.

QUOD si hæc nõ valent ad deliniendũ
 molliendũq; lapideũ cor tuum, cogita
 ac mente tracta, quos cruciatus Dominus Ie
 sus Christus, charissimus Deo patri filius, ac
 generis humani liberator maximus, pro te li
 berando, & ab interitu vendicando pertulerit,
 quã acerbã ac crudelẽ mortẽ obierit, vt mor
 te peccati sublata, vitã Deo gratã degeres, ac
 postremo vitijs omnibus expurgatus, in coeliũ
 in sempiternũ victurus ascenderes. Cũ igitur
 o homo nõ corruptibilibus auri & argenti, sed
 precioso sanguine agni immaculati & in con
 taminati Christi, sis é durissima peccati ser
 uitude liberatus: Filij dei vulneribus, acerbita
 tibusq; innumeris sanatus, a deo ne ingratus, a
 deo huius imẽsi beneficij imemor eris, vt te ite
 rũ peccato ac diabolo in seruitutẽ, e qua tantis
 Christi laboribus redemptus es, tradas: ac te
 eo quẽ ex afflictionibus Christi percepturus e
 ras fructu, ultro priues atq; spolies? Si durũ
 tibi videtur vitijs ac peccatis, Christi studio
 et amore, nunciũ remittere: fluxam vitã, cadu

i. Petri
 x. i. ad
 Coriub.
 lx lxx.
 ad Heb
 ix.
 Ioann.
 io

camq; felicitatem contemnere, foedas ac
 prorsus homine indignas corporis volupta
 tes prætermittere, atq; in rebus omnibus
 tuæ voluntati ad omne vitiorum genus
 propense constantissime repugnare, & in
 victo animo aduersari, si inquã hæc tibi dura,
 molesta, ac difficilia videntur: intueri
 dominum Iesum Christum pro te cruci affi
 xum, contemplare animo corpus illud diui
 num tui redimendi ac liberandi gratia di
 ris flagris excruciatum, & innumeris vulne
 ribus sauciatum: statue ante oculos com
 punctum vepribus caput, manus ac pedes
 ingentibus clavis cruci suffixos, hasta suffo
 sum, ac transfixum latus: intueri brachia
 cruraq; quæ spiritus sanctus perficerat
 conglutinaueratq; distracta nimium ac disso
 luta: considera etiam oculos sole clariores,
 illa sanctissima ac diuina lumina lachry
 mis perfusa, pulcherrimã nitidissimã ac ve
 nustissimã faciem sputis, colaphis, ac sanguine
 & capitis vulneribus defluente, deformatam ac

Denique

ac deniq; Denm tuum animaduerte omnibus
 animi corporisq; doloribus cruciatibusq; con
 fectum. Hæc filius Dei pro te pertulit, et tu ô
 nimium ingræte homo delicias consecraris?
 Christus peccata tua tot ac tantis acerbitati
 bus diluit, et expiauit: tu vero ys te rursus con
 taminare, ac christi vulnera refricare, immo
 vulnerato corpori vulnera imponere non ve
 reris? Audes illudere filio Dei? Nam qui ea
 scelera suscipiunt, pro quibus expiandis ac
 funditus tollendis christus dei filius mortem
 acerbissimam oppetijt: iterum eum ipsum
 teste diuo Paulo cruci affigunt, ludibrio habent
 ac sanguinem ipsius, quantum in se est, pol
 luunt, multo profecto detestabiliores, ac
 flagitiosiores ys, qui christum in crucem sustu
 lerunt. Illi. n. si Christum dominum esse glo
 riæ, ac regem regum cognouissent: nequaquã
 tantum in illum facinus ac scelus admisisent,
 tu vero cum lumine fidei illustratus sis,
 sanctissimis Christi mysterijs imbutus, religi
 onem christianam professus, tam immane
 scelus

ad Heb
 .vi.

scelus suscipies, ut datam Christo fidem violes,
 & ad eas e quibus diuina munificentia libe-
 ratus es sordes, quasi sus lo a ad voluta-
 brum, reuol. aris? Comprehende animo, et pro-
 pone ante oculos dominum Jesum Christum
 cruci affixum te alloquentem: ac collata beni-
 ficia exprobrantem ad huc mod. ū, Quid agis
 o homo? cur tam precipiti audacia leges meas
 ac consilia aspernaris? cur tam impudenter
 venerandum Dei tui numen contēnis? cur me-
 tor & tantis pro te vulneribus, & flagris,
 affectū ludibrio habes? cur vulnerato corpori
 vulnera etiam inuris? Non te mouet sauciat ū
 immo dilaceratum ac discerptum tua causa
 corpus? Non te à peccando abducit suffesū tui
 liberandi gratia, & apertum latus? non ma-
 nus, non pedes immanibus affixi clauis? nō hor-
 rendum ac nimis crudele crucis huius tormē-
 tum? Ego cum tuo ministerio, & obsequio nō
 indigerem, immensa tamen bonitate mea ad-
 ductus, te ex nihilo procreavi, animo tuo ima-
 ginē, atq; effigiem diuinitatis mee insculpsi,
 b tibi

tibi; omnia mentis, & corporis ornamenta
tribui: postremo cum interisses, & ab hoc ho
noris & dignitatis gradu per summam incon
tinentiam, & in solentiam deturbatus esses,
tibi morte quidem mea vitam, dedecore vero
& ignominia pristinam dignitatem restitui.
Cum coelesti itinere aberrasses, delapsus e coe
lo te diligentissime quaesui, & inuentum ad
omne munus officij praeceptis coelestibus instru
xi. Adhaec innumeros pro te cruciatus, et hoc
quod cernis, acerbissimum genus mortis per
tuli. Quod tibi amplius prestare debui?
Quid nam tua causa perpeti recusavi? Na
extimui cruciatuum acerbitatem, non ex
horruui sputa, non colaphos, non flagra
non demique insignem hanc crucis contume
liam. Tu vero tantorum in te beneficio
rum immemor, non modo mihi non pare grati
am refers: quam te referre equum erat,
verum etiam quod flagitiosius est, Numen
meum grauius offendis, meq; quantum in
te est, recitibus doloribus acerbiss. excrucias.

Hanc

Hanc conditori, hanc liberatori, hanc parenti
 tui amantissimo, tamq; bene de te merito gra
 tia rependis? Quis unquam eum a quo singulari
 beneficio affectus est, non amavit, non coluit, non
 observavit? Quis unquam eum qui tuendi, ac li
 berandi sui gratia sanguinem, ac vitam profu
 dit, non totis visceribus complexus, & ad re
 ferendam illi gratiam non est incensus? Quae nam
 haec est tanta ingrati animi tui significatio?
 Quis mentis stupor, ut haec non consideres?
 Sed vobis homini ingrato, vobis Christiano tan
 torum beneficiorum oblito: praeclearius cum il
 lo actum esset, si omnino Christianam religio
 nem non suscepisset. Atq; haec quidem sta
 tue Christum dicere, & exprobare potuisse.
 Quis obsecro tam ferreus, tam lapideus, tamq;
 communis sensus expers fuerit, quem allo
 cutio haec Christi crucifixi, haec conque
 stio, haec summorum beneficiorum exproba
 tio non molliat? non pungat? & a suscipiendis
 sceleribus non vehementissime deterreat? Heu
 nimis stupidus est, qui hisce rebus considerandis

DE PECCATIS AC

nō commouetur. & ad amandū Christum nō
incēditur.

CONSY. IIII

Quā dedeeat dei filiū sceleris susceptio.

REVOC A etiam animū o. Homo ad
tua nobilitatis, & dignitatis memoriā.
Es si quidem summi ac prapotentis dei filius,
vide igitur quam turpe, & absurdū sit, tan
tam te dignitatē peccando amittere: tantēq;
nobilitatis splendorem vitis, obscurare. Nam
cum peccato inquinari te pateris: qui eras dei
filius diaboli seruus efficeris, ac generis tui
claritati maximas tenebras offundis. Quam
vehemēter dolendū, quanq; vituperandū, est
eum qui filius dei, isq; charissimus est, effici fi
lium diaboli, quid aio filium? immo turpissi
mum seruum. Si quispiam regis filius, relictā
paterna domo, spreta clarissimi generis nobili
tate, repudiata regia dignitate, ad quam pro
pediem peruenturus erat. sese cupiam Aethi
opi deformi, pauperi, misero, & calamitose vl
tro in seruitutem daret: non commodius ha
bendum,

bendum, non liberalius tractandum, non in eo, quo decebat, honoris, & dignitatis gradu collocandum, sed fame, ac siti cruciandum, ignominia, ac dedecore afficiendum, assiduo, eoq; turpi, & nefario labore exercendum, nonne rem omnium maximè vituperandà ageret? nonne optimo iure in regis patris sui offensionem incurreret? tu vero o homo cum peccas, non te in servitutē homini (id. n. tolerabilius foret) sed Dæmoni tradis: quæ tanto turpior, teq; indignior est: quanto ipse dominus, cuius te servituti addixisti, fædior est, atq; detestabilior.

CONSY. V.

Diuini numinis gloriæ, nefarijs flagitijs labem inferri.

Pæterea quam indignū est, eum qui Dei opt. Max. filius est, in earū rerum studio esse, quibus efficitur: ut non solum a Deo parēte suo degeneret, verum etiam summo ipsū dedecore, ac macula afficiat? Qua fronte ille cum dominica preceatione vitur, audet dicere, Pater sanctificetur nomen tuum? quippe

AC DE PECCATIS

qui sanctissimū, omniq; veneratione, cultuq;
 dignissimū coelestis patris suinomen nefarijs
 flagitijs dedecores. Dedecori profecto sunt deo
 ij, qui ea agunt inq; ea studia incūbunt: quibus
 nomen dei nō illustrant illi quidē, sed obscurāt
 non laudandu illud, sed incesto ore lacerandiū
 ijs prebent, qui a christiana pietate abhorrent.
 Dici. n. vix potest quantum christianaē religi
 oni dedecus imponant ij: qui prauis sunt mori
 bus, & a christianaē vitæ synceritate alienis.
 Heu quam multos datis impurijsimæ vitæ do
 cumentis perdunt: & interitu afficiūt sempi
 terno, pro quibus Christus vitā amisit. Sed
 Veh homini illi perquē scandalū allatū est, im
 mane profecto scelus cōmisit, ac propemodum
 inexpiabile. Quādo, n. o flagitiose, ne farie, ac
 sacrilege, restitues fratri tuo animi vitā quā
 illi corruptis moribus tuis eripuisti? si fratrem
 nefarijs vestigijs tuis incedentē in sedes impio
 rum deturbasti: quando illum inde liberabis?
 Heu quot lachrymis expiandum est tantum
 scelus, quot, & quantis animi corporisq; cru
 ciati

ciatibus tam graue damnum est resarciendum.

Quo studiosius profecto connitendum est
viro christiano: vt honestissime viuat: ne

& christiano nomini turpitudinis notam
inurat: & alios impurissimae vitae ante

oculos posito exemplo, corrumpat: Quin
potius illud totis viribus contendat: vt & chris-

tianum nomen illustret, amplificetq;: &
coeteros, datis integerrimae vitae documentis,

ad pietatis virtutisq; studium inflammet.

Hoc. n. si fecerit: Euangelicis praeceptis pa-

rebit, quibus christianorum hominum vi-

ta sic instituitur, vt non ipsis solum, sed alijs
etiam emolumentum afferat: nomini vero

christiano ornamentum, ac deo opti. &
Maxi. gloriam, celebritatem, & commē-

dationem pariat, & adiungat. Luceat, in Math.
quit Dominus, lumen vestrum coram ho-

minibus: vt videant opera vestra bona: &
glorificent Patrem vestrum qui in caelis
est. Qua re nulla esse debet homini chris-

tiano charior & antiquior.

DE PECCATIS

CONSY. VI.

Non esse in hominis potestate
peccati se vinculo exolvere.

CONSydera etiam illud o homo, quia
si in potestate, arbitr o ac manu, tua
sit peccare, ac quavis scelere te obstringere: nō
tamen in manu ac potestate tua positum est,
temerè peccati vinculo expedire, et in pristinum
gradum restituere. Suo arbitr o culpā suscipere
quis potest, ac expiare admissum scelus, non
nisi diuino beneficio: sic. n. ore prophetico olim
locutus est Dominus, perditio tua Israel, tan-
tū modo ex me auxilium tuum. Porro autē
qui scis avertatur, & ignoscat Deus, &
avertatur a furore iræ suæ, & non peribis?
Quinostia daturus sit tibi colligendi tui
ac expiandi sceleris spacium? Ignoras, ne
quā plurimos inter edendum facinus, extre-
mum vite diem obisse, ac continuo ad-
missi sceleris pœnas dependisse? alios vero
mille

ose. xij
Iona. ij.

mille flagitijs inquinatos, vita, ac luce hac mor-
 tali repete, & inopinato fuisse priuatos? Quã
 tã igitur temeritatis, quamq; præcipitis au-
 daciæ est, te spe veniæ concepta, scelus aliquod
 velle suscipere? An compertum habes, fore, vt
 eam quam tibi polliceris, veniam consequaris?
 Qui scis, an tibi deus ad veterem gratiã re-
 cõciliandam aditum, postulantibus id quidem
 male, factis ac flagitijs tuis, intercludet? Quod
 n. inquis, cupiditati meæ obsequar modo, post
 contractum scelus lacrymis, & confessione
 expiabo: perinde est ac si diceres, mihi plagam
 nunc infligam: post ei medicinam afferã. An
 futura præseitis o insipiens? num exploratum
 habes in licitum vulnus posse sanari? Nonne
 inconsiderate ageret, qui curationis & reme-
 dy spe fretus plagam sibi insanabilem, ac mor-
 tiferam imponeret? Multo profecto tu impru-
 dentius, & inconsideratius agis, qui certissima
 impetrandæ veniæ spe adductus vinculo pec-
 cati ac cõpede grauiss. te obstringis, quem ipse
 perte nullo modo possis reuellerè.

Non facile expiari admissum scelus.

SED esto diuina miseratione resipueris: et peccata tenebris quas tibi offundi passus es, in lucē emergeris: lachrymas profundas, animū ac corpus tuū aflagas, sacerdotis vultum, ac iudicium subeas, vel certe subire statuas necesse est: quo in pristinā gratiā redeas. Neq; n. grauissimum, ac mortiferum vulnus facile curatur: aut admissum in deum scelus facile expiatur. Lachrymis, ieiunijs, precationibus, corporis & animi afflictatione, vitæq; emēdatione, suscepta culpa redimitur. Iam vero hæc omnia quæ sunt operosa? Omnē certe hūc laborem effugisses: si mentis innocentia conseruasses. Sed finge, te diuturna corporis animiq; afflictatiōe, profusis lachrymis, assiduisq; precationibus esse consecutum, vt non solum diuinum Numen tibi placares ac roconciliares, verū etiam vehementius adiungeres, maioriq; apud ipsum iam gratia valeres, quam vnquā antea valuisses: non tamen ex tua prolapsione

comoditate aliquam, aut fructum percepist.
 Nam si innocentiam sanctimoniamq; constā
 tissime seruans, hæc omnia fecisses (facere cer
 te debueras) ad multo maiorem altioremq;
 gratiæ, gloriæq; gradum peruenisses. Ex quo
 fit, ut nulli vnquam lapsio in peccatū fructū
 afferat & emolumentum. Mitto multa pec
 cando amitti: quæ resipiscendo recuperari nul
 lo modo possunt, cuiusmodi sunt Virginitas
 & perpetua incorrupta & inuiolata mentis
 innocentia. Quarum certe rerū iactura ma
 gno animi dolore & angore, multis etiam la
 chrymis deslenda ac deploranda est.

CONSY. VIII.

Quantum homo ex peccato detrimenti
 capiat.

Comprehende igitur ac meditare animo,
 quot & quanta peccatum ipsum &
 aspersa animolabes homini detrimenta affe
 rat. Imprimis .n. peccatum homini vitam
 eripit: vitam inquam non naturæ: quæ
 ipsi cum animantibus rationis expertibus

cōmunis est, sed gratiæ: quæ hominē deo cōmē
 dat, atq; coniūgit. Etenim deum qui vita est a
 nime, cordis domicilio extrudit, quo pulso
 e. cōto sic animus occidit, quæadmodū corpus
 sublata anima, omniq; cadauere terrior, de te
 stabilior q; efficitur: miser etiā & infelix, qui
 pe cui prestisset, omnino, nō viuere, quā flagi
 osam, deo q; odiosam vitam agere: & omnino
 in luce susceptū non fuisse, quā sūmo illo bono
 priuari, in q; sumum malum extremāq; mise
 riā incurrere. Dicitur non potest quā miser, quā
 q; ætē stabilis sit is: qui deum non diligit, neq;
 colit, qui q; diuinitatem in pectore inclusam in
 habitā: emq; non possidet. Cum, n. omnia bona
 cum summo bono coniuncta, copulataq; sint: cō
 tra ab eo seuncta omnia mala, qui sūmo bono
 nō potitur, restat vt sūmo malo, quo cō omne
 in commodū omniq; calamitas coniuncta est,
 conflictet. Qui vitam amisit, necessario in
 mortem incidit. Ex quo efficitur, vt pec
 catum non solum immortalis vitæ beatitate
 Verum etiā mortalis huius ac caduce
 felicitas

felicitate, hominem priuet, & spoliet.
 Efficit. n. illum non in futuro seculo modo: ve-
 rum etiam in presenti longe miserrimum. Nil
 lum siquidē fructum is, qui flagitio aliquo est
 inquinatus ex honestarū rerū studio, in quod
 fortasse incumbit, percipit, fructum inquam
 sempiternū, & immortalem: tamen si fluxa
 ac simul cum vita interitura emolumenta in-
 terdū consequatur. Nā et si quispiam eximis
 virtutibus præditus esse videatur, præclaras a-
 ctiones suscipiat: opes pauperibus largiatur: ad-
 de etiam pro tuenda christiana repub. & am-
 plicando diuini Numinis cultu sese telis, aut
 flammis obiciat, charitatis autem vinculo cū
 deo deunctus, cœnunctusq; non sit, nullā inde
 Pauli sententia, capit utilitatem: neq; se præ-
 bet dignum mercede gloriæ sempiternæ. Sic
 .n. equissimo diuinæ sapientiæ decreto sancitū,
 ac constitutum est: vt nullis alijs aditus in cœ-
 lū pateat, nisi ijs qui cū deo charitate, & ami-
 citia cœnuncti, summa eum religione ac pieta-
 te in vita coluerunt. Heu quā miserū ac cala-
 mitosum

mitosum est fructu tot tantorumq; laborum
 priuari: ac mercede destitui. Hoc si tecum dili-
 genter expenderis miser & infelix homo,
 qui peccati vinculo obligatus in tenebris, situ,
 & squallore mentis iaces, nō dubito quin timo-
 re perterritus, tamq; graui damno, & iactu-
 ra permotus, resipiscas, ac reconciliari cum
 Deo opt. Max. tota animi cōtentione studeas.

CONSY. VIII.

Quam graues sint flagijs, diuina seue-
 ritate poenae constitutae.

AD haec vero damna & illud quā maxi-
 mum accedit: quod omni presidio atq;
 ope ea flagitiosus homo destituitur: quam Ec-
 clesia Mater sanctissima filijs sibi charissimis,
 ac christo fide & charitate coniunctis ferre
 consuevit. Nā Ecclesiae beneficia, merita, vo-
 ta, ac preces ipsas ad accessionem gratiae,
 in qua viri boni pietatisq; colentes sunt apud
 deum, conducunt: qui Christi capiti non fide
 solum, sed etiam beneuolentia ac charitate ad-
 haerescunt. Qui vero a toto hoc corpore, cuius

christus

Christus est caput, per luxum ac superbiã auulsi sunt: tamen si in Christi fide ac persuasione constanter permaneant, mēbra quidē illi sunt ecclesiæ (excipio hoc loco eos quibus & aditu tēpli, & conuictu coeterorū hominū Christianorū ab ecclesia est interdictū) sed tamē putrida: sensu ac vita carentia. Vide igitur o homo quanta insania ac temeritatis sit, aliquo te scelere astringere: quo fit, ut tot & tantis cōmoditatibus, priueris, contra vero tot & tantis incōmodis, interim dū hac luce fruēris, afficiaris. Iam vero cū ex hominibus domigraueris in quot calamitates, dāna et incōmoda, in quot deniq; supplicia incurras: dicēdo cōsequi quis unquā poterit? Neq; .n. unquā oculis, aut auribus perceptū, vel animo informatū cōprehensūne est: quæ sint ijs qui humana diuināq; iura violarūt: quiq; nō placato Numine vita excesserūt: diuina seueritate supplicia cōparata. Vidistine unquā ardentē fornacē crassifumi tenebris circūfusum? Cogita igitur, atque animo complectere, quā sit horribile quā tetrum

ac funestum illud domicilium in quo im-
 piorū mares excruciantur. Est .n. non do-
 micilium illud quidem, sed cauea quaedam
 potius horrenda, crassa nimis caligine circum-
 fusa, nimio hinc aestu, & calore, illuc vero sū-
 mo frigore, & odore teterrimo, quem neq; be-
 stiae quidem ferre possint, intolerabilis: ad haec
 eiulatibus, letibus, suspirijs, & ingentibus hor-
 rendisq; vociferationibus percipens. Acce-
 dunt demonū vultus truces, ac formidabiles,
 insultus praeterea, & intoleranda tormenta.
 Nanq; demones Numinis diuini satellites
 sunt quidam: ac proinde in nefarios homines
 ira, odio, & inuidia inflammati, omne genus
 supplicij adhibent, quibus tamen supplicijs &
 ipsi miseriquā grauissime torquentur. Ad
 haec crudeles sunt & immanes: neq; vllius
 miseria, & calamitate ad misericordiā allici-
 untur. O domum miseram, omni luctu, ac
 calamitate resertam: o miseros, vereq; infeli-
 ces eos, quos Christus iudex seuerissimus in
 illas impiorum sedes, pro flagitiorumq; ac sce-
 lerum

lerum magnitudine, cruciandos detrusit. Certe
 praclarior cum illis actum esset, si editi in
 lucem nunquam fuissent: quam ut summis
 malis oppressi, vitam in omnes seculorum aeta-
 tes miserrimam acerbissimamq; producerent.
 Necesse est. n. ut qui summum bonum respue-
 runt, summo malo & in commodo affician-
 tur: Heu quanta felicitate, quanta gloria, qua-
 tis deniq; bonis & copys sese impij, quo bonis
 vita fruerentur, ac caducis voluptatibus poti-
 rentur, ipsi priuarint: quibus tamen bonis illi
 perfruentur, qui Christum, dum viverent,
 ea qua debuerunt, pietate coluerunt. Ac
 de ijs qua ad scelera defendenda, actionis vi-
 ribus, fugienda valent, satis a nobis est di-
 ctum, reliquum est, ut formam conque-
 stionis ac deplorationis eiusdemus: qua ho-
 mo uti debet: cum sese harum rerum consy-
 deratione mollitum, punctum, ac permotum
 esse animaduertit.

Con

P R E C A T I O

Conquestio ac lamentatio quã facere debet is, qui redire in veterẽ gratiam cum deo, vel certe presentis accessionem sibi fieri cupit.

A G E I A M o homo qui multorum flagitiorum in deum procreatorem omnium, parentemq; tuum admissorum, tibi es conscius: lachrymis, angoribus, & lamentis te dede, deumq; tuum placare, ac tibi vehementius adiungere, ac conciliare stude. Nullũ. n. manus, ac gratius deo sacrificiũ pro expiandis peccatis tuis facere potes: quã si animũ illi tuũ afflictũ sũ missumq; obtuleris. Nam qui pro delendis hominũ peccatis acerbissimã mortem pertulit: animũ vehementer afflictatum, ei demissum nũquã aspernatur. Quare ut id facilius cõsequaris: præscribã tibi cũ ipsius precandi, tũ deplorandorũ scelerũ si minus disertam certe piã rationẽ. Vbi igitur ysrebus quas supra scripsimus, consyderãdis animoq; meditandis, te senseris commoueri: & ad ante actã vitæ pœnitentiã, scelerũ de testationẽ

et reliqua vitæ emendationē quodāmodo inci-
tari, delige tibi locū aliquem a frequentia &
tumultu remotum: ibiq; humi abiectus, et ad
pedes Christi tua causa cruci affixi prostratus,
amaro, afflicto, supplici, et demisso animo, cui
lacus, flens, oculis humi defixis, Deo tuo pro ve-
nia peccatorum impetranda ad hunc modum
supplica.

precatio.
P R E C A T I O



V M M E, P R A E P O T E N S
immense optime, clementissime,
me, homini inq; amantissime
deus: reuerende, colende atq; a-
mande, ego ille, ille inquam sum, quem eximia
bonitate tua cum non essem condidisti ac pro-
creasti: cui imaginem diuinitatis tuæ decētissi-
me impresisti: ac salutari lauacro candorē in-
nocentiae liberalissime tribuisti: sed heu in scul-
ptam animo diuinitatis tuæ imaginē, quam
virtutibus ornare debuissē viuis deformauit,

PRECATIO

ac veluti cæno obliniui: innocentiamq; amisi.
 Ego ille sum flagitiosus & nefarius: qui te
 deum meum impudenti ac præcipiti audacia
 contempsi: tuis præceptis, tuisq; legibus parere
 recusavi, ac meam cupiditatē tuæ iustissimæ
 antetuli voluntati. Ego nullius precy homin-
 cio, infimus pulvis, te præpotentē deū, in cuius
 cōspectu ac præsentia mutāt, ac cōtremiscunt
 columnæ cœli, ausus sum aspernari, reycere,
 & repudiare? non pertimui, non horrui regiā
 diuini numinis ledere ac violare maiestatem?
 heu mihi Deus meus, ego pulvis & cinis te offē-
 di? te ad iracundiam concitavi, quem summæ
 Angelorum mentes venerantur? throni, ac
 domminatus cœlestis curiæ reuerentur? cuiq;
 Angeli, & Archangeli, atq; adeo omnis tam
 cœlestisquam terrestri natura ad nutum obe-
 dit, & obitēperat? Ego miserrimus, vilissimus,
 ignobilis, sordidus, humi repens & abiectus, o-
 bedientiam immensæ maiestati tuæ debitam
 abicere non dubitavi: me peccātem terra sustē-
 tauit? cœlum texit? aer vitali spiritu adiuuit?

Angeli

PRECATIO Fo. XIX

Angelici spiritus tolerarunt? o bone Iesu ne omnes creaturæ tuæ in me impetum facerent: ac scelerum in te commissorum grauiſſimas pœnas expeterent: tua singularis bonitas, & immensa clementia effecit. Etenim ipse clementissime Deus, quominus mihi nocerēt, prohibuisti: quoniam interitu peccantium minime delectaris, sed salutem omnium ut ardentem appetis, ita quā diligentiss. procuras. Tua igitur immensa bonitas Domine deus me peccātem, et alia atq; alia scelera suscipientem tolerauit: & ad resipiscendum quotidie inuitauit: tua patientia me multis ac magnis sceleribus obligatum: & vitæ morumq; emendationē quotidie procrastinātem hæctenus expectauit. Heu quoties vocari, & ad virtutis studium adhortanti parere nolui? quoties etiam atq; etiam expectantem neglexi: tu me mitissimo animo sepe expectasti: ego auersissimo abste animo patientia tua sum abusus. Sustinuisti tamen singulari mansuetudine quotidiana mea conuicia, & grauiſſimas iniurias: sustinuisti in-

c iii quam

XIX . . .
P R E C A T I O

quam, teq; ne in me statim animaduertes
 represisti: heu inclusa diuissime animo iram
 aliquando in me vniuersã profusus. Tũ de
 mũ loqueris quasi parturiens. Quid igitur a
 gam domine deus, qui tot flagitiorũ mihi sum
 conscius? inducar ne in desperationẽ? absit, tua
 .n. misericordia infinitis partibus omnẽ in te
 factã superat offensionẽ. Quid igitur faciã
 manus ne mihi afferã? afferrẽ quidẽ certe: ni
 si id scirẽ sanctissimæ voluntati tuæ repugna
 re. Scio igitur domine scio quid agã: quoue nu
 mentũ colendũ, ac venerandũ placabo: quo
 animaduersionẽ tuã effugi: quo iræ tuæ scele
 rũ vindici occurrã: lachrymis, anguribus, &
 gemitibus me dedã: corpus animũq; meũ affli
 ctabo: et anteaã vitã tristissimo et acerbissi
 mo luctu lametabor. Est .n. tibi sacrificiũ odo
 riserũ spiritus afflictus: cor contritũ, fractũ,
 et sũmissũ nunquã despexisti. Cõfiteor igitur
 domine deus meus me diuinæ voluntati tuæ re
 pugnasse: idq; facere ac suscipere non dubitas
 se: quod tibi maxime displiceret: mihi vero
 summe

PRECATIO Fo. XX

Summe placeret . Fateor et agnosco heu nimum
 unum ingratum meum in tuam celsitudinem
 animum, deleo quod summorum tuorum in
 me beneficiorum immemor, te deum atq; ef-
 fectorem parentemq; mei amantissimum
 spreuerim, repudiauerim, & contempse-
 rim: meq; ultro diabolo in seruitutem tra-
 diderim. Proh dolor, qui eram filius dei:
 diaboli seruus sponte effectus sum: quare et di-
 gnitatē meam amisi: & te prapotentē Deum
 singulari iniuria affeci. Clementissime Iesu
 sponsam tuā animam meam: pro qua innume-
 ros cruciatus pertulisti: quam tibi fidei, & cha-
 ritatis vinculo coniunxisti: vitijs consturpari,
 ac deformari sum passus. Heu heu domine
 Iesu tua vulnera refricavi: ac quantum in
 me fuit, te cruci iterum affixi: ô ingratitudi-
 nem meam detestabilem, te pro tanto in me
 collato beneficio non dilexi neq; obseruaui? im-
 mo vero, quod intolerabile est, te grauissime of-
 fendi, & acerbissime excruciaui? iam. n. tum
 domine, cū in crucē tolerabilis, te peccata mea

P R E C A T I O

que animo cernebas, mirum in modum ange-
 bant atq; torquebant. Ego domine, ego miser
 & infelix, qui sanctissimum imperium, tre-
 mendumq; numen tuum non sum reueritus,
 te ad subeundum crucis supplicium compuli:
 ego tibi vulnera, ac plagas imposui: ego tibi
 moerendi ac lugendi omnem causam materiamq;
 prebui. Quam quidem certe dolorem, luctumq;
 tuum quotidianis flagitijs quasi renouaui. Cum
 igitur o bone Iesu me tot ac tantis flagitijs ob-
 strictum ac contaminatum esse cernam: nihil
 habeo reliquum, quam ut ad te quem contem-
 psi, cuiusq; odium, ac grauem offensionem in
 me concitavi, confugiam: tuamq; opem & mi-
 sericordiam implorem. Noui miserationes tu-
 as: perspecta habeo viscera tua clementissima,
 cogitavi tuam in nos homines ardentissimam
 charitatem: scio paratissimum te esse illi om-
 nia crimina lubentissime condonare: pro quo-
 libera uero vitam, ac sanguinem profudisti: quem
 tunc cum laboribus, & acerbitatibus e seruitu-
 te diaboli redemisti: tibi igitur me dedo o bone

Iesu

PRECATIO Fo XXI

Iesu: tibiq; in seruitutem trado ac dico perpetuam. Precor regiam maiestatem tuam, me exulem ac fugitiuum sine charitatis excipiat, damna animo meo per flagitia importata, reliquæ vitæ emendatione cumulatissime resarciturum. Adsit mihi modo eximia bonitas tua: meq; ab omni flagitio liberum purumq; conseruet: & in omni vita integerrimum tueatur. Da seruo tuo o Christe rex, hoc beneficiũ vt te quam religiosissime colat: totisq; visceribus complectatur: tuo solum honori studeat: tuis decretis obtemperet, & ab ijs omnibus quæ abste distrahunt separantq; animum, vehementissime abhorreat. Per temetipsum Iesu Christe qui es deus benedictus in omnes seculorum ætates. Amen. Vbi ad hunc modũ in presentia Dei opt. Max. ac confessu honorifico angelorum, magno cum dolore, luctu, ac cõquestione tecũ expostulaueris: omniaq; tua scelera generatim, atq; in summa exposueris: commodum erit vt virginis deiparæ ac clementissimæ Matris, & sanctorum Angelorum

DE DESPICIENTIA

rū, cœlitumq; omnium: eorū præsertim quibus
colendis magis deditus es patrociniū, opēq; im-
plores: eosq; in posterū diligentius, atq; ardē-
tius venereris. Cōsiderādis etiā afflictionibus
& acerbitatibus Christite diligentissime da-
bis. Nullū. n. mihi crede, ad declinandum, res-
puendumq; peccatum aptius præsentiusq; re-
medium, & ad amandum deum nullum ma-
ius incitamentum potes adhibere.

INCITAMENTI AMORIS

erga deum secundapars: quæ multis ratioibus
demonstrat, non esse quod homo vitæ, rerumq;
externarū studio ac cupiditate teneatur.

DE ijs quæ pertinet ad vitæ contēptionem, re-
rumq; humanarum despicientiam.

CONSY. I

Non esse indiuitijs vitā beatā constitutam.



Quibus rebus cōsiderandis homo
assequi posset: ut flagitiorū odi-
um cōciperet: superiori libelli hu-
ius parte abunde demonstraſse
nos arbitramur: reliquum est ea expona-

PRECATIO Fo XXII

mus, quibus animo agitandis idē ad res exter-
 nas elato ac celfo animo cōtemnēdas ardentē
 incitetur. Nā qui rerū humanarū cupiditate
 ducitur: fieri nō potest ut se totū dedat Deo:
 aut animi integritatē innocētiāq; conseruet.
 Quare cū propositū nobis sit ea perscribere:
 quibus animo cōplectendis, diligēdi, ac venerā-
 di numinis studio inflā mari homō possit, nō ali-
 enū instituto nostro fore existimauimus: si ea
 etiā colligeremus, ac literis mādarem: quæ
 valerēt ad humanarū rerū contēptionē atq;
 despicientiā. Principio itaq; persuade tibi o ho-
 mo, illud in rebus humanis minime reperiri,
 quod cūcti mortales expetūt: cuiusq; adipiscē-
 di gratia omnē laborē, curā, sollicitudinēq; sus-
 cipiunt, tranquillitatē scilicet et quietē. Omnes
 quieti ac trāquillitati ei quæ cū beata vita cō-
 iuncta est, auide student: eamq; sibi & in labo-
 ribus perferendis: & periculis adeundis,
 proponunt, huius gratia, alij honores, alij di-
 uitias: alij deniq; corporis voluptates auidissi-
 me cōsectantur. Sed miseri operam perdunt
 neq;

DE DESPICIENTIA

neq; voti compotes vnquam efficiuntur. Nihil
 est. n. in rebus humanis, quod creatura ei qua
 rationis est particeps ac diuinitatis capax, quie
 rem afferre, aut abunde cumulateq; possit sa
 tisfacere. Quod ipsum facile intelliges, si ea
 qua mortales in vita expetenda ducunt: singu
 latim consyderaueris. Censes necos qui diuitijs
 affluunt, tranquillitatem animi eam, qua in bea
 ta vita posita est, esse adeptos? Errore profe
 cto magno captus es, si ita existimas. Dici. n.
 vix potest: quantum acerbitatis, sollicitudinis,
 & negotij, diuitiae hominibus afferant. Maxi
 mis laboribus parantur: multo maiori cura, &
 sollicitudine retinentur. Quanta sollicitudi
 nem, ac vigilantiam adhibeat necesse est is; qui
 paruas opes tueri ac conseruare contedit? Heu
 quam turbulentis animi motibus miser agita
 tur, dum timet nequid sibi per vim eripiat,ur,
 ne furto quicquam tollatur, ne quid deniq; de
 summa decedat: ne praedia, villesq; quidpiam
 detrimenti capiant: ad extremum ne insigni
 aliqua calamitate accepta eo vitae praesidio de
 stitua

stituatur. Sunt. n. eiusmodi copia ac diuitia,
 quas fortuna prestare possit & eripere. Quã
 igitur quietem opes dare hominibus posse pu-
 tas: quæ facilius amitti possunt quam parari:
 facilius citiusq; profundi quam cõgeri? queq;
 arbitrio fortunæ vt dantur ac suppeditantur
 indignis: ita auferuntur inuitis? Siquid diuiti-
 bus ereptum, si quid furto sublatum, si qua de-
 niq; decessio de summa facta est: o bone Iesu
 quam franguntur animo, quanto moerore &
 dolore afficiuntur? Necessè est. n. vt qui infor-
 tuitis, fluxis, ac caducis rebus felicitæ, ac vitæ
 præfidiũ posuerunt: crebris fortunæ telis (ve-
 lint nolint) perãtur, ac motibus animi assidu-
 is, quasi turbulentissimis tempestatibus iactẽ-
 tur. Iã vero hic timor, hæc sollicitudo, hæc curæ
 quã impeditum, et implicatũ teneãt animũ, et
 a deo diligendo, ac colendo retardent: explicari
 verbis vix potest. Qui. n. fieri potest, vt is de-
 um diligat, ac rotis visceribus complectatur:
 qui diuitias amat? qui fortunæ amplitudine
 delectatur? Coelestis ne patriæ desiderio fla-
 grabit

DE DESPICIENTIA

grabit is, qui thesaurũ suũ humi defossũ habet? in diuinarum vero celestiumq, rerũ cogitatione diues qui incumbet, qui omnes curas suas ac cogitationes in terrestriũ rerũ vel cõparãdarum, vel augendarũ, studio defixit? quiq, infinitis sollicitudinibus huc et illuc distrahitur rapitur, et impellitur? quare cũ deus op. Ma. ã in eius solũ animo quiescat: ac quasi in quodã sibi gratissimo domicilio sedẽ collocet, qui quietus est, et ab omni perturbatione, sollicitudine, et agore vacuus: hominis aut diuitis animus varijs sit curis, negocijs, ac sollicitudinibus prepeditus: fieri profecto nulla ratioẽ potest, vt in eodiuinũ illud numẽ pacis et quietis amãtissimũ sedẽ collocet, atq, domicil. ã. Qua prop. er miserimus sit diuitis animus necesse est: quippe qui ab studio colẽdæ pietatis remotus à deo prorsus auersus sit. Cũ vero deus sit sũmũ bonũ: et creaturæ eiusquæ mētis est cõpos vniuersa beatitudo: reliquitur vt diuitis animus qui sũmo bono non adherescit: nõ modo sit miserimus, verũ etiã tenuissimus: inanissimus, adde etiã, longe

longe flagitiosissimus. Nā cuius mentē diuini-
 tas non occupauit: diabolus humani generis ho-
 stis infestissimus occupet, et crudeli dominatu
 opprimat necesse est. Porro autem qua quiete
 frui illū posse putas: qui diaboli tirānide oppres-
 sus tenetur? qui varijs cupiātibz inseruit?
 ipse se animus male sibi cōscijs excruciat: at-
 q; libidinibus, veluti quibusdā furijs exagita-
 tus, nullā vnquā partē quietis, nunquā si-
 bi ipsi satisfacit. Quocirca praeclare dominus Luc. viij
 Iesus, copias ac diuitias vepribz similes esse di-
 xit. Nā quēadmodum vepribz corpus: ita ve-
 rum obundātia pungitur, ac peccatis, ceu vul-
 neribus īpositis, animus sauciatur. Praeterea
 quēadmodū sentibus oppressa ac suffocata se-
 mina vim omnē gignēdi procreādiq; amittūt
 neq; vllos proferunt fructus: ita etiā animus
 vitæ sollicitudinibus, opibus, ac delicijs suffoca-
 tur et obruitur, vsq; adeo: vt nullū prorsus fructū
 edat vitæ īmortalitate dignū. Ex quo fac-
 tū est, vt idē dominus et cōseruator nrī Chri-
 stus Iesus, facilius esse cēsuerit, nāticum funē Luc. x
 per foramen acus viij.

DE DESPICIENTIA

acus immitti: quam hominem diuitijs afluens
 tem in cœlestem vitam ingredi. Quo circa di
 uini sacrarum literarum scriptores, authore
 Spiritu sancto, multis in locis mortales a quæ
 rendis, consecrandisq; vel certe amandis am
 plectendisq; diuitijs deterrent. Cur igitur o ho
 mo ex ijs rebus quietem ac trāquillitatem ani
 mi petes: e quibus magnæ sollicitudines: infi
 nitæ cupiditates, ac turbulentissima tempesta
 tes existunt? Sed fingamus hominem opibus
 abundantem, deum ardentissime venerari:
 (non. n. hoc fieri non potest) an putas hunc diui
 tijs esse contentum? Existimas ne animum il
 lius rerum abundantia esse quietum & exple
 tum? Audi obsecro præstantissimum virum
 & serenissimum regem Dauidem: ma
 ximis illum quidem copijs & opibus prædi
 tum: audi inquam illum diuinam opem implo
 rantem, seq; pauperem, omniq; vitæ præsidio
 destitutum ingenue confitētem: respice, inquit
 in me domine quia vicus & pauper sum ego,
 & alibi. Ego vero egenus: & pauper sum
Deus

Deus adiuuame. O rem admiradam? Quid? psal. lx
ix
 se ne pauperem, inopem & egentem adpellat
 is: qui maximis copys circumfluus, & amplif-
 simis honoribus auctus est? Haccerte re vir
 ille magnus, & omni genere laudis excellens
 apertissime declarauit: hominem diuinitatis
 capacem, coelestibus ac sempiternis opibus fru-
 endis natum terrenis diuitijs non modo non ex-
 pleri satiariq; verum etiam in summa egesta-
 te, ac paupertate esse: ac proinde illud solū ipsi
 esse expetēdū, ut deo arctissimo charitatis vin-
 culo coniungatur: in quo vno vniuersa hominis
 beatitudo, quies ac tranquillitas posita est. Di-
 ci. n. vix potest, quam sit vilis homini dei amā-
 ti, quam grauis ac molesta fortunæ amplitu-
 do: rerumq; externarum abundantia: atq; eo-
 quidem grauior, & molestior: quo magis ani-
 mum ipsius a consideranda diuinitate, eiusq;
 dulcedine ac suauitate percipienda fruendaq;
 retardat. Quocirca libenter hic vir Christo
 deditus, sese fortunis omnibus ipse dispoliaret:
 si id aut temporis ratio, aut susceptum munus

DE DISPICIENTIA

psal. lxx
119
 honoris et dignitatis pateretur. Verū quoniā
 niam id fieri minus potest, paupertatē certe et
 mendicitatē animi eā: quam Christus sūmam
 beatitudinē, et amplissimas opes esse dixit, libē
 ter ampicētur: eamq; constātissime seruat:
 illud Davidicū crebro decantās: Quid mihi
 est in cœlo et à te quid volui super terrā? Deus
 cordis mei: pars mea, deus in eternū. Hoc unū
 perpetuo cogitat, hoc ardentissime desyderat,
 hoc studiosissime postulāt, vt scilicet corporis
 custodia solutus in cœlū euolet: Deoq; suo, quē
 ardēter diligit, sempiternæ charitatis vinculo
 adherescat: ipsiq; iucūdisimā faciē intueatur
 illoq; sūmo bono perpetuo potiatur. Ex quibus
 oībus intelligi facillime pōt, fortunæ amplitudi
 nē, rerūq; abundantia nulla ratione posse ho
 mīni illā, quā expetit, quietē dare: sed cōtra an
 gorē, perturbationē, ac solitudinem afferre.

CONSY. II.

In honoribus vitā beatā nequaquā esse positā
 Iā vero honorū āplitudine, imperio, et domi
 natione, quiescere ne atq; expleri animū homi

nis existimas? Minime profecto. Multis certe
 sollicitudinibus, curis et angoribus opprimatur
 necesse est is: qui summū in repub. tenet dignita-
 tis gradū, qui oībus imperat: aut partē aliquā
 reipu. curat et administrat. Nā qui principis
 officiū tueri, ac tradito sibi cōmissoq; magi-
 stratu rectissime fungi cupit: quiq; in repub.
 gerēda non priuatā, sed comunē potius vilita-
 tē sequendā sibi esse duxit: nequaquam quieti
 aut otio indulget: sed in eā curā, accogitationē
 noctes ac dies incubit: idq; sūmo studio ac soli-
 citudine prouidet: nequid scilicet resp. detrimē-
 ti capiat, ne ciuitatis oriū latrocinis, seditioībus
 aut factioībus perturbetur, ne patriæ libertas
 eripiatur: ne deniq; hostili dominatu oppressa
 ciuitas funditus euertatur. Quocirca huc iā
 cōsilia omnēq; conatū confert, vt scilicet reg-
 nū suū quā beatissimū, florentissimū, paccia-
 tissimūq; q; cōseruet. Hoc porro tuendæ rei
 pub. studiū, hæc in patriā charitas, quot ac
 quātas aīo inūciat sollicitudines: quot curas,
 anxietates, āgores molestias, quot deniq; nego-
 tia afferat, nemini d i i non

DE DISPICIENTIA

nō arbitror esse perspectū atq; cōpertum. Si qua vero calamitas rēpu oppressit: si externa aut in testina bella orta sūt: quot miser principis animus curis oneratur? quot solitudinibus distrahitur? quo dolore afficitur, quoue metu torquetur? Ipse solus pro salute omniū excubat: ipse omnē curam ac solitudinem suscipit, dum cogitur commissam suæ tutelæ ac fidei patriam tueri: et impendentem calamitatem, oblataq; pericula propulsare: ac durissimum seruitutis iugum è civium suorum cervicibus depeilere. Hæc autem rerum publicarum conuersio ac perturbatio quantopere principis animum excruciet: angat ac sollicitum reddat, exprimi verbis vix potest. Hæc omnia videbat vir ille prudentissimus, qui oblatum sibi diadema regium cum aliquandiu manibus tenuisset, et attentius consyderaasset: dixisse traditur, onobilem magis quam felicem panum, quem si quis penitus cognoscat, quam multis solitudinibus, periculis, & miseris refertus sit: ne humi quidem abiectum, ac iacentē tolleret.

Quis. n. honoribus a deo deditus est, quis tanta
 ambitione flagrat: qui cum labores, erum-
 nas, solitudines, angores animi horũq; simi-
 lia, quæ cum regio munere ac dignitate coniũ-
 cta sunt, attente consideret: principatum ap-
 petat & affectet? Quis rursus principum ac
 regum est, quem non plerumq; suscepti mune-
 ris onerisq; poeniteat? cui non diadema Regi-
 um grauiſſimum videatur? O quam libenter
 imperium, dignitatem, regiasq; opes cum mo-
 nachorum obedientia, ac mendicitate cõmuta-
 ret is, qui de regno in discrimen vocatur, qui
 aduerso rerum enẽtu sæpiſſime perturbatur.
 Atq; hæc est p̃patriæq; amanti principis vi-
 ta. Quid vero de tyranni vitã loquar? Hac
 certe nulla miserior, tetrrior, acerbior, turbulẽ-
 tiorq;, nulla deniq;, detestabilior esse potest.
 Nam quam quietam, aut iucũdam vitã eum
 agere posse putas: qui assiduo metus cruciatu
 angitur? qui acerbissimum omniũ in sese odi-
 um, ac grauem offensionem concitauit? Qui
 propter dominatus cupiditatem in carcerẽ se
 d iiii ipse

DE DESPICIENTIA

ipse inclusit? qui nulli se facile credit, ac cōmit-
 rit? qui nullum sibi fidelē amicum arbitrat ur
 qui omni deniq; cultu, humanoq; victu caret?
 Quā porro misera, quāq; solitudinis, anxie-
 tatis, terroris ac formidinis plena esset tyran-
 ni vita, satis declaravit tyrānus ille: qui quē-
 d i ex assentatoribus, fortunas eius, copias, do-
 minatum: magnificentiā aedium regiarum,
 vestium ornamenta, cōquisitissimas epulas, ac
 deniq; rerum omnium abundantiam magnifi-
 ce cōm: morantē, ac verbis supra modum effe-
 rentē, in aureo lecto mira operum varietate
 depicto collocari iussit: tū mensas exquisitissi-
 mis epulis refertas extrui: abacosq; plurimos
 argento auroq; cœlato ornari, incendi odores,
 ac coetera omnia que ad regiam magnificen-
 tiam apparatusq; attinebant, præcepit adhi-
 beri. Postremo in hoc medio apparatu, distric-
 tum enseseta equina è lacunari appensū de-
 mitti iussit: ut ip̄deret illius beati ac fortuna-
 ti cervicibus. At ille timore perterritus, et in
 varias partes animo ac cogitatioē distractus:

nō modo vllā ex hac omnium rerum abundātia: ex hoc splendido ac regio apparatu non coepit voluptatē: verum neq; oculos etiam ad ea quae apposita et proposita erant conuertit. Deniq; a tyrāno petijt, faceret sibi abeundi potestātē: omnē se illam fortunae amplitudinem, illum regiū apparatus libenter aspernari: nolle cum vitae discrimine alijs dominari: & omnis generis delicys non tam frui, quam abundare. Qua certe re tyrannus ille declarauit nihil ei esse beatum: nihil suaue & iucundum: cui assiduus terror impendet: cuiusq; vitae perpetuae insidiae comparantur. Haec autē quae cum regij muneris functione, & tyrānico dominatu coniuncta esse: ostendimus: eadem & in iis muneribus obeundis cernuntur: quae ad Ecclesiae administrationem pertinet. Quae. n. Principes, ac summos in repub. viros angit mētis sollicitudo, eadē ipsa eos qui regē de Ecclesiae praefecti sunt, mirū in modū sollicitos tenet: si modo ecclesiae paci ac tranquillitati omnibus modis sibi consulendum putent. Quae

DE DESPICIENTIA

rursus formido & angor tyrannos: idem improbos Ecclesiae rectores: quos Christus in Euangelio mercenarios ac fures adpellauit, vehementer excruciat: neque mente quieta eos consistere sinit. Quae certe animi quiete ac tranquillitate sublata, nulla unquam homini poterit esse beatitudo. Qui enim fieri potest, ut ille possit esse beatus, cuius animus ambitione, odio, et inuidia, ac sexcentis alijs aegritudinibus implicatus in varias partes traducitur?

CONSY. III.

Voluptates corporis nequaquam homini ad beate, ac iucunde viuendi conducere.

AN existimas in fruendis voluptatibus iucundam, ac felicem vitam esse constitutam? Erras profecto, ac turpiter labe ris, si hoc tibi persuasisti. Etenim qui voluptatibus corporis se totos dediderunt: eam quam expetunt animi quietem ac iucunditatem, potiundis voluptatibus minime consequuntur: id quod facile intelliges: si ea quae ex nefarijs voluptatibus nascuntur incommoda, diligen

ter consideraueris. Principio. n. omnes corpo-
 ris voluptates amarissimos & acerbissimos
 habent exitus. Nam & si initio dum percipi-
 untur, iucunditate quadam perfundant, ac de-
 liniant animos: ad extremum tamen tedio, ac
 dolore afficiunt. Natura. n. ita comparatum
 est: vt omnes corporis voluptates in gens fasti-
 dium consequatur: ne scilicet auide repetatur.
 Poterit ne igitur perceptio voluptatis homini
 quietem, atq; eam quam ardentem expetit ani-
 mi iucunditatem prestare: quæ amaritudinis,
 fastidij ac pœnitentiæ sit plena? Qui. n. id ap-
 petit vt quieto, iucundo, hilari ac beato sit ani-
 mo: nihil magis sibi quam dolorem, tedium, ac
 fastidium declinandum putat. Quare cum
 fœdæ corporis voluptates tedium cruciatuq;
 maximum potiuntur afferant: fieri non potest,
 vt beatum quempiam efficere possint. Taceo
 quæ ex nefaria libidine voluptatis homo detri-
 menta capiat. Nam voluptatis nimia percep-
 tio, vires corporis extenuat, florem iuuentutis
 extinguunt, atq; postremo corpus effœminat
 magnis

DE DESPICIENTIA

magnisq; & variis morbis afficit: quibus homo voluptarius totius vitæ spatio implicatus: non quietam ille quidem, iucundam, ac beatam: sed miseram potius & acerbam vitam degit. Tū demum viribus afflictis, egro corpore ulceribusq; cōfecto, intelligit homo voluptarius: quam nihil habeant voluptates cum felicitate coniunctum. Præterea quot vitiis animum contaminent ac corrumpant nefariæ corporis voluptates, nullum est. n. facinus ita immane, nullum tam atrox flagitium, ad quod suscipiendum hominem voluptatibus deditum nō inflammet, ac compellat nefaria libido voluptatis. Qui. n. voluptate capitur: nulli non vitio eum dedi necesse est. Nullos unquam facinorosiores, ac flagitiosiores extitisse memorie proditum est iis: quos tenuit poti idæ voluptatis cupiditas ardentissima. Quare cū voluptas sit omnium flagitiorum altrix, ac malorū omnium veluti quodd. i. seminarium: fieri non potest, vt quietē, ac beatitudinē iis afferat: qui eā furētes et inflāmati libidine consecantur.

Est.

Est. n. cū studio vitiorū summa miseria, corpo-
 ris et animi aegritudo perturbatioq; cōiuncta
 Ex quibus omnibus perspici quā facillime pot:
 nihil esse in vita quod beatitudinē ac quiete ho-
 mini prestare possit. Nā cū prater opes, hono-
 res, ac voluptates, in vita nihil sit aliud expetē-
 dū: hæc autē, vt est a nobis abū. de demōstratū
 felicitatē ac tranquillitatē nulli dare possint:
 cōficitur profecto, nihil esse in hoc seculo quod
 beatum quempiā efficere possit, ac sua, vt in-
 quit ille, sorte cōtentum. Quis. n. vāquā Solo-
 mone hebræorū rege locupletior, ornatior, sa-
 piētior, ac deniq; vt vno verbo dicā, beatior ex-
 titit? audi tamē quid vir ille sūmus, cunctisq;
 mortalibus opibus, honoribus, sciētia, voluptari-
 bus etiā ac deliciis ārecellens: de his rebus, ac de
 n̄ diuersa humana felicitate senserit eo in libro
 quē de humanarū rerū despiciētia scriptū re-
 liquit, Vanitas vanitatū, dixit Ecclesiastes, va-
 nitas vanitatū: et omnia vanitas. Deinde ostē-
 dit multis verbis, se eā quā expetebat animi
 quietem ac tranquillitatem: neq; rerum
 exter

DE DESPICIENſIA

externarum abundantia: neq; honorum am-
 plitudine, atq; potiundis omnis generis voluptatibus fuisse consecutum. Fily igitur hominum cur diligitis vanitatem: & queritis mendacium? fallaces diuitiæ, fallaces honores, fallaces & voluptates, quippe quæ falso beatitudinẽ promittant. Cur igituro homo tantum desipis vt amplectaris mendacium, & falsas quasdã felicitatis vmbraſ tanto studio consecteris? Quanto profecto rectius tibi cõsuleres, si prudentissimi ac grauiſſimi regis immo spiritus diuini testimonio crederes: & spretis cunctis rebus humanis in solo deo sũmũ bonũ poneres: contẽptaq; mortali vita, in coelesti illo ac beatissimo regno sempiternæ quietis domiciliũ collocares. **CONSY. IIII.**

Quã sint res humana fluxa, ac caduca.

Illud etiam ad contempſionem rerum humanarum te vehementer incitauerit: si cõsideraueris quam fluxa ac caduca sit vniuersa vitæ beatitudo. Esto vel ex diuitijs, vel honoribus, vel voluptatibus felicitatis aliquam partem:

tem, quod minime fieri potest, fueris consecutus: quandiu putas adumbratam illam felicitatem duraturam? quamdiu permansuram? Nam vt taceam quot fortuna telis obiecta proposita q; sit illa felicitatis effigies: interitu certe, & extremi diei obitu prorsus tollitur atq; eripitur. Vbi nam sunt reges? Vbi principes? Vbi diuites? Vbi sapientes? Vbi deniq; sunt ij, qui orbem in ditione tenuerunt? qui beati esse vulgo existimati sunt? Cunctos mors sustulit e medio: ac beatitudine spoliauit. Nihil eorum quibus in seculo agentes fruebantur utebanturue: non copias, non honores, non demũ delicias in sepulchrum intulerunt. Quẽ admodum .n. nudi in vitam sunt ingressi: ita etiam nudi, ac rebus omnibus dispoliati ex ipsa demigrarunt. Sola .n. benefacta, aut malefacta homines, cum vita excedunt, prosequuntur pro illis quidem premio immortalis, pro his vero sempiterno supplicio afficiendos. Heu quot principes, quot reges, quot diuites, quot sapientes, qui felices dum viuerent sunt habiti tãdem

VITA

DE DESPICIENTIA

Vita ac luce privati: subito omnibus bonis erep-
 ti, summis malis ac miseris sunt oppressi. Du-
 cunt, inquit Iobus, in bonis dies suos: & puncto
 temporis in infernum descendunt. Quem nã
 quaeso illi ex copijs, honoribus, et voluptatibus,
 imperio, et gloria fructum perceperunt? Om-
 nia illa dilapsa sunt quasi umbra: earumq; re-
 rum nulla extant impressa vestigia: quemad-
 modum etiã neq; navis eius quæ fluit antes vi-
 das perumpit, vllum prorsus vestigium appa-
 ret. Refer animum ad Cæsares, Philippos, &
 Alexandros, ac cæteros qui copijs, dominatu,
 ac rerum gestarum gloria floruerunt: ac vi-
 de quam cito sint extincti, è viuisq; sublatis:
 atq; ex omni illa gloria, & humana felici-
 tate deturbati. Illud etiam perpẽde quãta cũ
 ignominia extremum vitæ diem confecerint:
 atq; omnem antea vitæ gloriam termi-
 nauerint. Nam qui summa cum gloria ac ho-
 minum plausu vixerunt: ad extremum
 maxima ignominia ac dedecore notati, ex
 hominibus demigrarunt: multo maiori po-
 stea

stea labe & infamia affiendi in sedibus im-
 piorum. Etenim suum cuiq; vitio supplicium
 est diuina seueritate cōstitutum. Nam ambi-
 tio honorumq; cupiditas: ignominia & dedeco-
 re, auaritia mendicitate egestateq; voluptatis
 vero potiunda auida & effrenata libido, sem-
 piterno incendio mulēbatur. Cur igitur o ho-
 mo ita desipies: ut pro tantilla voluptate ac iu-
 cunditate, quæ ex rebus externis ac falsa vitæ
 felicitate percipitur, velis sempiternis angori-
 bus confici, ac perpetuis supplicijs excruciaris: si
 in illum impiorum carcerem, maleficijs ac sce-
 leribus id quidem tuis postulantijs, fueris de-
 trusus: quid tibi tum proderit fuisse potē-
 tem? fuisse diuitem? fuisse varia ac recon-
 dita eruditione præditum? Antea cetera cer-
 te vitæ, ac præteritæ felicitatis recordatio,
 te maiori tristitia cumulabit, & vehemen-
 tiori dolore conficiet. Summum siquidem
 genus miseriæ & infelicitatis est, fuis-
 se aliquando felicem. Rectius profecto sa-
 peres: si spretis atq; clauo animo contem-
 ptis

DE DESPICIENſIA

ptis terreſtribus bonis, fluxis illis quidem & caducis, cœleſtia ac ſempiterna amares: ad eaq; adipiſcenda ardenti ſtudio inflāma- tus: omnem curam laboremq; ſuſciperes, omnem moleſtiam angoremq; perferres. Leuiſſimæ. n. ſunt ac nullius proxi- mæ momen- ti omnes vitæ acerbitates: ſi cum cœleſtis vitæ beatitudine conferantur. Verum de ſempiter- næ ac cœleſtis vitæ felicitate multa poſt dicemus.

CONSY. V.

Vitam hominum, multis eſſe periculis

propoſitam.

Illud etiam diligētiffime conſyderes & ex- pendas velim o homo: quam periculofa ſit bræ- uiſſima mortalis vitæ uſura: quanq; ſub va- rios caſus incōmodaq; ſubiecta. Nā quid cōme- morem quot & quanta homines ex cœlo, ele- mentis, beſtijs, & ex hominibus deniq; ipſis detrimenta capiant? Ex cœlo profuſiſſimi im- bres & eluiones: ex aeris vero intemperie peſ- tilentiæ, ac varij morbi iſq; grauiffimi exi- ſtunt

stunt: Ex bestiarum immanitate & impetu
 vastitates: ex hominum vero improbitate et
 insolentia incommoda varia, & magna cala-
 mitates in homines proficisci cōsueverūt. Ac
 nescio maiora ne damna per res inanimas &
 rationis expertes, an per homines hominū vi-
 ta sint importata. Atq; hæc quidem detrimē-
 ta tolerabilia forent: nisi alia multo maiora
 grauioraq; ex rerum externarum vsu homi-
 numq; conuictu homines acciperent. Adduci-
 tur siquidē homo interim dum hac vita frui-
 tur, de innocentia, ac vita animi quotidie in dis-
 crimen: multa hinc inde pericula illi impendēt
 & vulnera nonnunquam mortifera ei infli-
 guntur. Quæ certe animorum discrimina,
 quæ damna, eo dolentius deplorāda sunt: quo
 nihil est homini datū diuinitus animo melius
 atq; præstantius. Quid, n. prodest homini vel
 ipsa veritate teste, totius orbis imperium fuis-
 se adeptum. vitæ autem innocentiam amisisse
 ingentemq; animo cladem & calamitatem
 accepisse? Quo magis nobis elaborandum est,
 e nequid

DE DISPICIENTIA

nequid animus detrimenti capiat: id quod in vita consequi difficile admodum atq; operosum est. Sunt, n. nobis, dum in vita sumus, varia à flagitiosis mentibus insidie instructæ: sunt in rebus ipsis quibus vivimus, fruimur, vel delectamur, abstrusissimi laquei positi: è quibus evadere nemo poterit, nisi in vigilia, custodia, ac quasi præsidio sui collocatus, diligenter circumspexerit, ne quo irruat atq; offendat. Accedit eo depravata & corruptæq; naturæ impetus quidam turbulentus ac concitatus, rationiq; contrarius: quo efficitur, ut ægre ac difficulter in virtutis studio excerceamur: faciliusq; a turpitudine, quam ab honestate vincamur. Hanc plagam primus olim parens: simulatq; summi ac præpotentis dei obedientiam abiicit, ac sanctissimo eius imperio parere recusavit, accepit, hoc vulnus non sibi solum, verum etiam uniuersæ posteritati imposuit. Sexcentis perturbationibus animus hominis implicatur: & afficitur, quas nisi

si

si ratione depulerit : non poterit vita sancti
 moniam , quæ diuino numini approbatur , diu
 tueri ac conseruare . Hac porro vite inte
 gritas , hæc in colenda virtute constantia ,
 seruari ægrius difficiliusq; potest ab eo , qui
 aut copijs abundat , aut honoribus præditus
 est , aut delicijs affluit . Nam superbia ,
 auaritia , ac potiunda voluptatis nimia li
 bido , quæ affectari ac comitari hæc res
 consueuerunt : omnium sunt malorum , om
 nium peccatorum , ac flagitiorum semina
 ria . Quis obsecro est tanta animi firmi
 tate , tamq; sibi imperans , qui in exter
 narum rerum affluentia , honoribus , ac
 delicijs incorruptum sese , atq; ab omni la
 be peccati liberum inuolatumq; conseruet ?
 qui cum diuitijs paupertatem , cum honori
 bus demissionem animi & modestiam , cum
 delicijs vero continentiam , temperantiamq;
 copulet , atq; coniugat ? Quis est hic ? &
 laudabimus eum ? rem . n . maximam omni ecclesi.
 umq; admiratione dignissimam perfecit in xxxi.
 e ij vita

DE DISPICIENTIA

Vita sua. Dicitur enim vix potest, quam pauci vixi
 fortunæ amplitudine officium tueantur: con-
 tra quæ multi deserant. Nam humanus animus
 ad omne vitiorum genus, depravatæ naturæ vi-
 tio proclivis, pecunie, gloriæ, et turpissimæ vo-
 luptatis fruendæ cupiditate facile inflamatur
 & à colendo diligendoque deo vel prorsus abdu-
 citur, vel certe retardatur. Quocirca præcla-
 re cum ijs actum esse existimandum est: qui
 ab his laqueis diuinitus liberati, sorte sua, ut
 quidam ait, fortunaque sunt contenti. Verum
 non dum penitus & hi insidias effugerunt:
 sunt enim illis cum reliquo hominum statu insi-
 diæ & pericula communia. Nisi enim auersos à
 ratione motus quisque cohibuerit: nisi sensus om-
 nes exteriores diligenti custodia ac præsi-
 dio munierit: non diu aberit, quin laqueis inter-
 clusus vitam amittat. Etenim affectus animi
 incitatæ quædam commotiones sunt et turbu-
 lentæ, non facile rationi obsequentes: ad quas
 sedandas, reprimendas, & in officio continen-
 das nisi quisque aduigilauerit, omnemque con-
 tum

tum adhibuerit: erumpunt repente quodam
 impetu concitate: omneq; ius diuinum hu
 manumq; peruertunt. Sensus vero externi
 fenestrae seu foramina sunt quaedam à corpo
 re ad animum pertinentia: quibus in animum
 (nisi diligenter fuerit prouisum, nequid pestife
 rû sensibus percipiatur) facillime mors irrepit.
 Heu quâ multas calamitates, quâ ingêtes cla
 des animo afferre cõsuevit oculorû ac coetero
 rû nunciorû neglecta & intermissa custodia.
 Vbiq; laquei: Vbiq; in insidijs hostes delitescunt
 quos nisi quisq; diligenter ac prouide circums
 pexerit: non poterit non capi, & eorum laqueis
 irretiri: Ex quo fit, vt qui lucem hanc miserâ
 intuentur: quotidie de vita, deq; salute animi
 in discrimen vocentur. Est illis quotidie & ho
 ris singulis cum vitijs, cum nefarijs mentibus,
 ac deniq; cum omnibus animi perturbationi
 bus, turbidisq; motibus prælium committendû
 ac nisi victoriæ compotes euaserint: præsus in
 tereundum. Certissimum quidem ac quotidiana
 num nobis est prælium (Etenim, Iobi senten
 e iij tia,

DE DESPICIENTIA

Iob. vij. sic militia tota vita hominis super terram incerta vero raraq; victoria. Heu quam multi in acerrimo hoc & intestino praelio ac conflictu, inimicis succumbunt: seseq; vinci a tabificis animi aegritudinibus, ac turpiter superari sinunt. Alij per incontinentiam & intemperantiam: alij per superbiam & arrogantiam, alij per pecuniam: & diuitiarum detestabilem cupiditatem, alij per iram, odium & inuidiam, ab officio ac virtute discedunt. Ut quisq; autem est animi erectior, & in officio tuendo, colendaq; honestate constantior: ita grauioribus crebrioribusq; hostium telis peritur: abstrusior esq; illi infidiae a flagitiosis & tetricis spiritibus comparantur. Neq; n. hunc diuitiarum, aut voluptatum blandimenta a virtute detorquent. Est illi cum superbia, cum inani gloria acerrimum praelium: ac tanto acrius & infestius, quanto fuerit magnarum virtutum splendore clarior & illustrior, omniumq; admiratione ac veneratione dignior. Heu quot

& quantos viros arrogantia & inanis glo-
 rie cupiditas deiecit: inq; infera loca detrusit
 Hos igitur laqueos cum viri sanctissimi, ac
 Christo deditissimi animaduertunt: cum cer-
 nunt tot sibi pericula intendere assiduo cruciatu
 timoris anguntur, nihilq; vita sibi acerbius
 ducunt. Quo circa eripi sese ab his laqueis, &
 in coelestis patriæ quieto tranquilloq; domicilio
 collocari ardentissime cupiunt: idq; à deo im-
 mortali noctes ac dies precantur. Quis. n. est
 tam stupidus, tamq; futuræ beatitudinis obli-
 tus: qui cum secum reputet, quot incommodis,
 quot telis: quot periculis proposita sit mortalis
 hæc & caduca vita: in ea commorari vel punc-
 to temporis velit? ac non potius vniuersam eius
 felicitatem libentissime aspernetur? Hos cer-
 re laqueos, has insidias regius ille vates vide-
 rat: qui de positis sibi insidijs ad hunc mo-
 dum acerbissime conquestus ait: In via hac ^{p. 1. e.}
 qua ambulabã absconderunt laqueum mihi. ^{xi.}
 Deinde vt hisce laqueis liberetur & ad coele-
 ste illud, beatum tranquillumq; regnum

DE DESPICIENTIA

euehatur, postulat ardentissime, inquit, clama
 uia al te domine, dixi tu es spes mea : portio
 mea in terra uiuentium : intende ad depreca
 tionem meam : quia humiliatus sum nimis : libe
 ram : a persecuentibus me : quia confortati
 sunt super me. Educ de custodia animam me
 am ad confiteandam nomini tuo . Huius coele
 stis patrie vis sed e nimia cupiditate flagrabat
 excellentissimis Christi Apostolus Paulus :
 In quo illud est dictum : cupio dissolui & esse
 cum Christo, infelix ego homo quis me libera
 bit de corpore mortis huius? Hoc siquidem de
 siderium eos, qui deum colunt, interim dum
 corporis custodia inclusi tenentur, vehemeter
 argit, torquet, & excruciat . Namq; veremur,
 ne hostiam insidijs capti : vitam illam eter
 nam ac beatam, in cuius desiderio & expecta
 tione sumus, summo cum dedecore amittant.
 Quare cum in tam lubrico, dum in vita ma
 nes ac communi spiritu fueris, uerseris o ho
 mo : torq; tibi hinc iude pericula intendantur :
 non est, quod vitam longius producere ac pro

pag. 100

ad phil. i.
 ad Ro.
 vij.

pagare caducam ꝛ; seculi felicitatem vel s ad
 pisci. Cur. n. o insipies cum exigua vitæ curri
 culo, vitam in omnes seculorum ætates produ
 cendam: & cum mani falsaq; seculi huius fe
 licitate, futuri seculi veram, sempiternamq;
 beatitudinem commutare non dubitas? collige
 igitur te o homo: illam ꝛ; cœlestis patriæ felici
 tatem, quietem, ac trãquillitatem intuere, ad
 eam ꝛ; adipiscendam, omnem operam, curam
 ac conatum adhibe: illuc omnes tuas cogitatio
 nes ac desideria refer. Quo tamen id facilius
 possis efficere: aperiã Christi præsidio subni
 xas, quæ & quanta sit illa cœlestis vitæ felici
 tas, quãta quies, atq; iucunditas. Verũ sic ha
 bero, nullum vnquã hominũ aut cogitione com
 prehendere, aut verbis explicare posse, vniuer
 sam illam regni cœlestis, ad quam fruendam
 diuinitus vocamur, beatitudinem. Quocirca
 cum multa collegerim. us: existima nos pauca
 cum pro rei dignitate & amplitudine, tum eti
 am pro dicendorum varietate ac multitudi
 ne, fuisse complexos.

DE SANCTORVM.

INCITAMENTI AMO

ris erga deum, tertia pars, quæ ostendit quãta sit illa cœlestis regni vitæq; immortalis felicitas: quãta quies, ac iucunditas.

Quibus rebus considerandis humanus animus cœlestium rerum cupiditate inflãmetur.

CONSY. I.

De contemplatione diuinitatis.



ILLV Dicitur iam attente cõsidera, & animo cõplecte reo homo quantæ beatitudinis ac felicitatis sit, Deum non in speculo & enigmate sed aperte intueri: illud in quã numen quod vniuersa procreauit, prouidet regit, continet, atq; conseruat: diuinam illam naturam immensam, infinitam, incomprehensam, præpotentem ac se sola felicem: abundantem omnibus copijs, ac perpetuo florentem cernere. Adhæc Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, Sanctam ac beatissimam

simam triadem personarum conspicerere : Vi-
 dere præterea abstrusum illud diuini ortus
 sacramentū, mutuā illam Patris & Filij in
 Spiritu sancto amoris & beneuolentiæ coniun-
 ctionē, ipsiusq; S. Spiritus ex hac mutua Pa-
 tris et filij charitate ineffabilem emanationē.
 Hæc itaq; omnia heroes illi præstantissimi
 diuino lumine & splendore illustrati intuen-
 tur : & intuentis illis summa voluptate ac
 iucunditate animi afficiuntur. Si quispiam
 videret aliquem eorum, quos aut egre-
 gia literarum monumenta, aut constanter
 fortiterq; res gestæ, aut miro artificio ela-
 borata ac perfectæ opera nobilitarunt, ac
 posteritati commendarunt : nonne incredibi-
 liter letaretur ? Quanta igitur putas san-
 ctos piosq; vros lætitia, ac voluptate com-
 pleri, quantoq; gaudio efferrī : cum ipsi
 cœli opificem, ipsum vniuersitatis sapien-
 tissimum ac potentissimum molitorem, su-
 mum, pulcherrimum, venerandum, sus-
 picendam, atq; diligendam animo cor-
 templa

templantur? Accedit eo, quia cum deus sit summam bonum, & vniuersa creatura eius que rationis est particeps beatitudo: continet in se ipsum re bonum homini expetendum, ac proinde qui sum non hoc bono potiuntur, nihil eorum que mortales expetunt, desiderant, aut requirunt. Id quod acerrime perspexit vir ille eruditissimus, qui beatitudinem esse dixit: florentissimum quendam vitæ statum: omnium bonorum expetendorum congregatione perfectum.

CONST. II.

Quibus copijs affluat is, qui deo in cælo fruuntur.

QV ID est igitur o Homo quod appetis: quodque adipisci summa animi contentione studes? An copias & diuitias? Maximis tu quidem illic, & amplissimis opibus abundabis. Neque enim aurum, argentum, æs, prædia, aut fundos, caducas quidem, ac fluxas seculi diuitias, magnis sollicitudinibus & acerbitatibus refertas: sed ipsum cæli opificem

Effectorem, ipsamq; diuinitatem posside-
bis. Et enim Deus ipse solus beatitudo est homi-
nis, idē copiae, atq; diuitiae: idē amplū, & immē-
sum praeium, Ero inquit, dominus, merces
tua magna nimis. *Iam vero qui deū possidet* Gen. xii
iiij.
*quid nō possidet? qui summum bonum est adep-
tus: quo nā, per deum immortalē, bono caret?*

CONSY. III.

*Amplissimis honoribus decorari, afficiq;
electos.*

HONORVM ne dominatus & im-
perij cupiditate duceris? ornaberis
tu quidem certe in illo caelesti regno amplis-
simis honoribus, & in celsissima dignitatis
sede collocaberis. Numeraberis. n. inter filios
dei ac parem Angelis gloriam dignitatemq;
consequeris. Erunt. n. inquit, dominus homi-
nes in caelo sicut Angeli dei. Regio etiam hono-
re ac dignitate decoraberis. Nam si filius, er
ad ga
lat. iiij.
go haeres, simul igitur cum Christo sempiter-
ni patris natura filio, eodemq; fratre tuo reg-
nabis: illoq; caelesti regno non mortali: non ca-

duco

duco, non variis fortuna casibus propositor:
 sed aeterno florentissimo, beatissimo, quietis,
 iucunditatis, ac tranquillitatis plenissimo po-
 tieris. O quanta gloriae, ac dignitatis est, nu-
 merari in filiis dei: esse parem Angelis,
 regnare cum Christo: totiusq; tam coelestis
 quam terrestris orbis dominatum, imperi-
 umq; tenere.

CONSY. IIII.

De gloria celebritateq; sanctorum.

ANte nominis splendor, celebritas, ac glo-
 ria delectat? Eris profecto illic in sum-
 ma, vera, solida, ac sempiterna gloria: ac tan-
 to quidem clarior & illustrior: quanto religio-
 ne, pietate, ac fide, dum in vita maneres,
 praestantior extitisti. Principio . n . orna-
 menta ac praeciosa merita tua, ipse deus
 opt. Max. predicabit, ac celebrabit: tri-
 buetq; tibi in concessu non hominum solum
 verum etiam Angelorum iudicij sui gra-
 vissimum testimonium. Tum . n . cum sci-
 licet

INCREDIBI. BEATITV F. XXX

licet Christus humani generis conseruator
 ac liberator maximus, sua cuiusq; merita
 excussurus, ac trutina quadam examinatu
 rus aduenerit: tribuetur vnicuiq;, teste
 Paulo, laus a Deo: eiusq; recte facta di
 uina quadam prædicatione tollentur, esse
 renturq; in cœlum. O quam erit glorio
 sum non a quouis hominum aut Angelo
 rum, sed a deo summo, ac præpotente
 laudari, celebrari, ac prædicari? Hanc
 tamen gloriam hancq; diuinam commen
 dationem assequuntur ij: qui humanam
 gloriam ac prædicationem, celso & elato
 animo contempserunt: quiq; animi de
 missionem & modestiam, dum viuerent,
 coluerunt: seq; ab hominibus contemni,
 sperni, abijci, dedecore, & contumelia af
 fici, pro Christi honore, & ornamento
 sunt passi. Aequum enim est vt qui in vi
 ta illud ardentissime concupierunt, vt ho
 nor, cultus, veneratioq; numinis indies
 magis augetur: ad idq; omnem operam

i ad co
 rintbi.
 iij.

studi

DE SANCTORVM.

operam studium, animiq; contentionem adhibuerunt. ex hominibus in cœlitum sedes emigrantes, summa & immortalis gloria decorentur. diuinoq; testimonio & præconio Angelis, & hominibus commendentur. Eo enim Deus opt. Max. constituit cum probos, tum improbos in vnum conducere: vt excussis ac momento quodam ponderatis singulorum meritis, sanctis: imi atq; optime de se meriti viri debita laude ac commendatione, improbi vero & nefarii, iusta vituperatione & ignominia afficiantur. Tunc igitur in ea hominum, Angelorumq; frequentia, Christus dominus p̄s conseruat & religionis, culte in omni vita iustitia, seruat eq; fidei, per honorificum testimonium dabit: flagitiosis vero & impijs superbia, arrogantia, luxurie: inuidie, odij: ac cœterorum huiusmodi flagitiorum, grauissimam ac sempiternam notam inuret. In regno vero cœlesti, in illo felicissimo atq; ornatissimo piorum omnium cœtu: hæc laus recte iactorum, hæc meritorum fama, atq; commenda-

datio

INCREDIBI. BEATITV. FO. XII

ratio ad infinitum, immensumque tempus durabit: ac memoria tantorum laborum pro colenda ac tuenda iustitia susceptorum, in beatorum mentibus semper herebit. Nam praeterquam quod in verbo illo diuino singulorum merita & egregia facta, ceu in clarissimo speculo heroes intuentur: ex magnitudine etiam, ac gradu beatitudinis eo, in quo quisque locatus est, facile colligit, et intelligunt quam bene quisque fuerit de Christo meritus: quam excellenti pietate deum, dum communi vita & spiritu frueretur, coluerit & veneratus sit. Quocirca mutua sese beati admiratione, mutuisque laudibus prosequuntur: quas tamen in diuinum illud numen referunt: cuius singulari munificentia ac benignitate factum est: ut illi ad altissimum illum beatitudinis gradum peruenirent. Iam vero qui pro Christiana religione tuenda: pro Christi domini nostri fide amplificanda, mortem pertulerunt: quique homines ad christianam pietatem erudierunt institueruntque, & in officio monitis, & consilijs, ac saluberrimis praeceptis coniuuerunt:

DE SANCTORVM

Viri etiam illi & foeminae qui corporis ac mentis integritatem, sanctimoniamq; perpetuo cōseruauerūt: nobiliori quadā et eminentiori corona, quae aureola à theologis appellari consuevit, honestantur illustranturq;: suntq; alyis maiori cū gaudio et voluptatistum etiā admirationi.

CONSY. V.

De piorum in caelo voluptate et iucunditate incredibili.

AGE iam o homo voluptatine deditus es, ad eamq; potiundam ardentem incitaris? Dicit profecto non potest, quantis illic voluptatibus ac delicijs perfrueris: voluptatibus inquam non obscœnis, fluxis, ac caducis: sed sanctissimis ac sempiternis. Principio enim aspectu Dei opt. Max. summam & incredibilem voluptatem capies. Namq; quod id quod sub oculos subiectum est præstantius est atq; excellentius: eo maiorem contuenti affert voluptatem. Quare cum in deo opt. Max. cen in capite: causa, atq; efficiente omnium rerum summa præstantia, atq; excellentia, omnis pulchritudo

chritudo: decor, et elegantia, adhac omnis dul-
 cedo, vbertas, ac suauitas, omnis deniq; cum
 creaturis cōmunicata perfectio conspiciatur:
 non potest non se intuentes incredibili volupta-
 te perfundere. Et letitia ingenti, iucunditate-
 q; cumulare. Qua. n. voluptate beatos viros
 affici putas, cum regiam illā ac verendam di-
 uini numinis maiestatem, potentiam, & celsi-
 tudinem, in cuius conspectu Angelicæ mētes
 cōtremiscūt: illā præterea clementiā, iustitiā
 & sapientiā, illam deniq; eius in omni genere
 præstantiā, atq; excellentiā contemplantur?
 cū vident diuinarū emanationū inexplicabile
 sacramentum? Cū intuentur archissimum il-
 lud ardentissimi amoris vinculum, quo admi-
 randa illæ suspiciēdaq; personæ inter se astrin-
 guntur? Cū deniq; perspicunt, quā ardenti
 charitate Deus genus hominū complexus sit,
 quātaq; misericordia illud è diaboli seruitute
 redemerit, qua liberalitate omnia illi ornāmēta
 quæ diabolus eripuerat restituerit: cū demū in-
 telligunt quo amore deus lucis æternæ vsurā

ipsis dare ab omni eternitate decreuerit: qua
 misericordia eos in lucē hanc mortale ediderit
 ac protulerit: ac sublata paterini sceleris macu-
 la diuini spūs sui numine afflauerit. Qua pa-
 tētia delinquētes, et ab officio quā sepiissime re-
 cedētes tolerauerit: qua clemētia redeuntes ex-
 ceperit: qua demiq; beneuolētia, ac beneficentia
 eos in omni vita fuerit prosecutus. Postremo
 vero quot et quātis casibus, et periculis ereptos
 in beato illo, quieto, trāquilloq; cœlestis regni
 domicilio perpetuo victuros ac quieturos collo-
 cauerit. Hæ sunt epule quibus herouū mētes in
 cœlo saturātur: hæ deliciae, ac voluptates qui-
 bus mirifice perfruuntur. Hæ ac illi cū animis
 cōplectuntur, & in clarissimo illo diuinitatis
 speculo cōtemplantur: cū summa iucunditate
 ac voluptate afficiūtur: tū numen illud diui-
 nū à quo tā eximiatamq; præclara beneficia
 acceperunt, summis laudibus celebrant, eiq;
 quam ardentissime gratias agunt. Si dhanc
 vero ex contemplatione diuinitatis perceptā
 voluptatem: accedit etiam voluptas quædā
 maxima,

maxima, quæ ex conspicienda natura huma-
 na ea, quam sibi diuinum illud verbum coniū-
 xit, percipitur. Nam cum beati homines vi-
 dent admirabilem illam & inmenodabilem
 Verbi diuini cum humana natura coniunctio-
 nem: illā animi Christi pulchritudinē, eximia
 ornamenta: adhuc corporis ipsius excellentē
 venustatem & elegantiam, membrorum con-
 sumentiam, & claritatem, cum gaudio incre-
 dibili, tum ingenti admiratione afficiuntur.
 Quid ni mirentur? quid ni læsentur? quippe
 cum videant naturam humanam ad tanti ho-
 noris, tantæq; dignitatis celsitudinem diuini
 esse prouectam: ac tot ac tantis Spiritus. S.
 muneribus donatam, auctam, & loci pleatā?
 Aspiciunt præterea vulnerum ac plagarum,
 quas nostra causa sublatus in crucem accepit,
 miro splendore radiantes, ac collucentes cic-
 trices: earumq; aspectu ad memoriam tanti
 benefici reuocati, illud quod est in Apocalypsi Apoc. 7.
 a. D. Ioanne Apostolo scriptum, summo
 cum gaudio: & ardenti Christi charitate de
 f in caritate

cantant, dignus est agnus qui occisus est, acci-
 pere virtutē et diuinitatē, et sapientiam, et for-
 titudinē, & honorē, et gloriam, & benedictio-
 nē. O quam est iucundū Christum omniū con-
 seruatorē, qui honore ac gloria posthabita, igno-
 miniā, infamiamq; crucis pro nobis libenter,
 alacriterq; pertulit, contemplari: eiusq; suauis-
 simo ac felicissimo conuicta: ac familiaritate
 in finitis seculorum etatibus frui.

CONSY. VI.

De virginis dei paræ aspectu iucundis-
 simo.

Quid vero de virginis Dei paræ iucun-
 diſſimo amœniſſimoq; conſpectu ac
 præſentia dicam? Huius certe excellētiffimæ
 virginis præſentia tanto maiorem ijs qui ſupe-
 nas illas Hieroſolymorum ſedes incolunt, af-
 fert voluptatē: quanto ipſa omnibus ſuperis,
 excepto Chriſto, præſtantior eſt atq; beatior.

Quis. n. non summo gaudio efferatur, & in-
 credibili voluptate cõpleatur, cum conspiciat
 præstantem illam admirandamq; fœminam
 quæ se totam ab ineunte ætate Deo opt. Max.
 consecrauit: quæ nullius vnquam peccati labe
 inquinata est: illam inquam virginem quæ
 Deum vterò concepit, & peperit: quæ Christũ
 dei filium sinu complexa fouit: materno lacte
 pauit: ac summa in omni vita obseruantia ac
 religione coluit? quæq; omnibus creaturis rati-
 one præditis (Christum sèper excipio) virtuti-
 bus, dignitate, ac gratia apud Deum antecellu-
 it? virginem inquam totius orbis dominam:
 Angelorum, hominumq; reginam: summi
 ac præpotentis dei genitricem, cuius præsidio
 ac potentissimo gratiosissimoq; patrocínio
 vel flagitiosissimi homines è faucibus Dæ-
 monis crepti: in diuinam gratiam sunt re-
 ducti. Huius porro excellentissimæ virginis
 gloriam, celsitudinem, ac præstantiam su-
 peri omnes admirantur: hæc suspiciunt: et ve-
 nerantur: hanc dominam, hanc reginam
 f iij vniuersi

DE SANCTORUM

vniuersi prædicant: ad eamq; diligendam in-
 credibili inflammati studio, rapiuntur. O Vir-
 go præstantissima, o regina, ac dominatrix a-
 nimi mei, quando te præsentem intuebor? quã-
 do admirabor? ac cum omnibus cœlitibus ve-
 nerabor? o quam felix ac beatus ero, si tuo ali-
 quando conspectu frui meritus fuero.

CONS. VII.

De beatorum spirituum conspectu om-
 nis iucunditatis plenissimo.

Iam vero quam est iucundum summos il-
 los spiritus, ac præstantissimas angelorum
 mentes gradibus inter sese atq; ordinibus dis-
 positas, Angelos inquam, Archangelos: Do-
 minatus, Principatus, Potestates, virtutes,
 Thronos, Cherubinos quoq; ac Seraphinos cons-
 picere: sempiternamq; cum illis laudandi co-
 lendiq; numinis coire societatem? Si posses
 vnum Angelum vel infimi ordinis animo
 cernere tantam ex eius aspectu ac contempla-
 tione voluptatem caperes: vt eam omnibus ca-
 ducæ ac mortalis vitæ voluptatibus facile ac

lubenter antepones. Qua igitur voluptate
 te affectum iri putas: cum vniuersas illas cœ
 lestes ac præstantissimas mentes, ipsarumq;
 ornamenta omnia fueris contemplatus: inq;
 illarum societatem, conciliumq; receptus?

CONSY. VIII.

De beatorum coetu iucundissimo.

QUID dicāde electorum ac beatorum
 omnium coetu iucundissimo pariter
 ornatissimo? Exprimi profecto verbis vix po
 test, quantæ sit futurum voluptati ac iucun
 ditati, vniuersos simul heroes, Apostolos in
 quā, Patriarchas, Martyres, Cōfessores: Vir
 gines etiam Christi præstantissimas intueri:
 ipsorumq; conuicta ac familiaritate frui. Ne
 q; n. aut dici, aut cogitari animo potest: quā
 sit eorum inter sese communitas ac societas
 iucunda, quam honorifica: suavisq; futura.
 Sunt siquidem beati omnes arctissimo inter
 sese charitatis vinculo astricti, tantumq; ab
 est, vt quispiam in alterius odium aut inuidi
 am rapiatur: v. neq; huiusmodi aliqua per
 turba

DE SANCTORVM.

turbatione vel leuissime tangatur, quin potius suam quisq; cum omnibus reliquis felicitatem communicet. Nam tantum quisq; ex alterius felicitate letatur: quantum ipse ex priuata beatitudine capit voluptatis. Ex quo efficitur, vt tot gaudijs beatorum quisq; fruatur: quot sunt in coelo beati. Ad hanc vero summam inter Heroes animorum consensionē ad hanc pacem, atq; concordiam accedit etiam eximius quidam ordo, corporum decentissima compositio: & in suo cuiusq; gradu apti ssi collocatio. Quibus omnibus contuentium oculi non possunt non mirandum in modum pasci, & incredibiliter oblectari.

CONSY. V I I I I.

De beatorum hominum summa scientia.

N V Men flagras scientiæ ac veri cognitionis cupiditate: Tãta tu illic certe scientia præditus eris: vt Solomonis illa varia reconditaq; doctrina & scientia qua cum Etis mortalibus antecelluit, summa ignoratio facta

facta contentione, videatur. Quid nō contūā
 beris. n. sapientiam ipsam eternam, increatā
 ipsum rerum omnium opificem & effectorē
 Deum, & ex eo tanquam ex uberrimo & in
 exhausto totius scientiæ ac sapientiæ fonte, om
 nium tam humanarum quam diuinarum re
 rum scientiam & cognitionem hauries. Nul
 lis illic erroribus capieris implicaberisue, nulla
 opinionum prauitate inficieris, aut sententia
 rum inter se maxime dissidentium Varieta
 te huc & illuc rapieris, sed intimam, ac per
 fectam rerum omnium intelligentiam conse
 queris. Præterea cum diuinum illud præ
 potensq; numen sit infinitum & immen
 sum: infinite etiam intelligi cognosciq; potest.
 Quocirca noua quædā, recentia, inauditaq;
 Mystera sempiternis sæculorum ætatibus.
 Heroibus aperientur: quibus cognoscendis di
 cinon potest: quam & illi d. lectabuntur, &
 in dei admirationem prædicationemq; quæto
 studiorapietur. Ea etiā illic vi ingeny, ea q; acie
 valebis, tãto q; lumine et splendore diuinitus
 illustra

DE S ANCTORVM.

illustraberis. Ut non solum procreatarum rerum, ad quas contemplandas aciem mentis intenderis, causas penitus introspicias: Verum etiam illarum omnium conditorem, fabricatorem; deum in ipsis ceu in speculo clarissime cernas, ac perspicias. Percipiunt .n. beati rerum scientiam ac cognitionem nō solum ex diuinitatis contemplatione: Verum etiam ex consideratione & aspectu singularum rerū quas Deus opt. Max. procreauit: quarum cognitionum perceptio. unum se alteram matutinā alteram vero vespertinam. D. P. Augustinus appellat. His igitur scientie & doctrine copys, his opibus ingenij abundabis: si aliquādo ad cœleste illud felicissimum regnum peruenis.

CONSY. IX.

Coelites incredibili cantuum suauitate deliniri.

Quid nā est igitur aliud homo quod appetis: cuiusq; adipiscēdi, ac prociūdi studio & auiditate teneris? An cantus, ac symphonia

nie suauitate caferis? Vrbs illa cœlestis, illud
 domicilium miris canticis & hymnis excellen-
 ti quadam symphonia fuis personat. In illis
 siquidem beatorum ac piorum s. d. bus, in illo
 cœlesti regno, ut est sacris literis traditū, sem-
 piternum Alleluja concinitur: illic Angelo 106. xij
 rum præstantissima mentes, illic Heroes De-
 um, sine vlla intermissione laudibus celebrant
 ac gratias pro acceptis beneficijs agentes, sua-
 vissimos edunt ac fundunt cantus. Ad quos
 quidem mentium cantus admirabilis quidam
 ac suauissimus vocum concentus post corpo-
 rum suscitatiōem accedet. Quorum porro
 cantuum tanta erit suauitas ac dulcedo: ut et
 si omnem acerbitatē ac calamitatem in uita
 perferres: quo merereris vel exigui tēporis spa-
 tio audiendis illis canticis interesse: leuissimū
 illud quidem, ac prope modum nullius momen-
 ti duceres. Quo igitur modo illum affectum
 iri putas: qui in tæceroum ac beatorum concili-
 um receptus, illis cantibus audiendis semper
 no tempore oblectandus, atq; exaturandus est?

Certe

DE SANCTORVM.

Certe inaudita & inopinata felicitas est ea:
quæ in cœlesti regno sanctissimis viris diuina
benignitate est comparata.

CONSY. X.

De cœli empyrei pulchritudine, splendo
re: & amoenitate.

Quid porro loquar de loci illius, quæ beati
incolunt, præstantia ac dignitate? Est
certe beatorum illud domiciliū cū magnificē
tia ac pulchritudine, tum amoenitate, & splē
dore lōge omnium præstantissimum. Id quod
vel ex eo colligi potest: quia cū Deus opt. Ma.
omnia contueatur ac provideat: omnibusq; in
locis præsens adsit, ac proinde omni ex loco vi
deri, si velit, possit: illum tamen locum
potissimum delegit, in quo sese beatis conf
piciendum, fruendumq; præberet. Quæ
res maxime testatur locum illum pulchritu
dine, magnificentia, amoenitate, & cla
ritate,

ritate, cœteris omnibus cœlestis regionis locis
 antestare: illicq; diuini numinis vim, maies-
 tatem, celsitudinem & potētiam multo excel-
 lentioribus ac præstantioribus effectibus decla-
 rari. Præterea si Deus olim amoenissimū
 ac pulcherrimum domicilium, in quo Ada-
 mum primum omnium parentem collocaret,
 in terris fabricatus est: quanto profecto amoe-
 nius, quanto magnificentius quanto deniq;
 pulchrius et ornatius domiciliū ijs ex edificas-
 se censendus est: quos ab omni æternitate in coe-
 lestibus sedibus collocare, & sempiternæ glo-
 riæ præmio afficere ac decorare decreuit? Iā
 vero domū illam esse splendidissimā nomen
 ipsum indicat. Dicitur, n. cœlum illud empy-
 reum, hoc est igneum, non quia nimis ig-
 nis ardoribus incensum vehementer incale-
 at, sed quia maximo splendore illustratum
 incredibiliter coluceat. Augebit autem &
 hanc empyrei cœli lucem splendor ille incre-
 dibilis, qui a Christi ac cœterorum beato-
 rum corporibus proficiet. Etenim piorum
 corpo

DE SANCTORVM.

corpora quemadmodum mortalitatis & per-
 fectionis expertia: ita etiam eximia claritate
 erunt prædita: iacentq; huc & illuc radios
 summi luminis. & claritatis. Est præterea lo-
 cus ille eminentissimus, maximus & amplif-
 simus: Heroumq; habitationi longe omnium
 aptissimus & accommodatissimus.

CONSY. XI.

De immensa sanctorum felicitate.

Illuc igitur electi diuina bonitate ac muni-
 ficentia traducti (quemadmodum diuus pa-
 ter Augustinus, vir cum summus, tum omni-
 um maxime cœlestium rerum cupiditate in-
 census, grauissime confirmat) conspiciēt, ama-
 bunt, atq; laudabunt. Consipient quidem lu-
 men illud immensum, incomprehensum, in-
 creatum, occasus expers, eiusq; splendore illu-
 minati cum ad ipsius diuinitatis, tum ad rerū
 omnium cognitione scientiaq; dignissimarū
 intelligentiam peruenient. Amabunt vero
 numen illud diuinum quam ardentissime: ac
 gustatu percipient & videbunt quam suavis
 est

INCREDIBI. BEATITV. FO. XLIX

est dominus. Laudabunt summam & verendam diuini numinis maiestatem: eiusq; in sese profusissimam beneficentiam cum laudibus sempiternis, tum perpetua gratiarum actione prosequentur, vitamq; dicent irrequillam & iucundam, omnibusq; copys & diuitijs affluentem. Illic iuuentus senectute non extinguitur, gloria nulla macula aut dedecore obscuratur, vitæ sanctimonia nullo peccato aut scelere violatur. Illic voluptas ac iucunditas animi nullo dolore & acerbitate tollitur, otium nullo tumultu aut negotio perturbatur, concordia & consensus animorum nulla discordia et dissensione dirimitur. Nullas deniq; illic antiquus hostis insidias comparat, neminem oppugnat, sed tuta sunt omnia, quietas, ab omniq; periculo, impetu, & incursione libera. O vero felices oter quaterq; beatos eos quibus contingit tantam felicitatem adijci. Huius beatæ patriæ, huius florentissimi ac felicissimi regni incredibili desiderio, olim dum maneret in vita, flagrauit regius ille vates: id quod varijs

DE SANCTORVM

ipse psalmis & hymnis declarauit . Psalmo siquidem xxxxi . coelestium rerum cupiditate inflammatus ; ardens coelestis patriæ desiderio sic ait . Quemadmodum psal. x desiderat ceruus ad fontes aquarum : ita xxxi. desiderat anima mea ad te Deus : sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei. Fu erunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte , dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus ? Hæc recordatus sum , & ef fudi in me animam meam, quoniam tran sibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei . Et alibi psalmo lxxxi. hoc ipsum est apertissime testatus sic in- psal. lx quiescens . Quam dilecta tabernacula tua do mine virtutum : concupiscit et deficit anima xxxi. mea in atria domini . Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laud. bunt te : quoniã melior est dies vna in atrijs tuis super millia . Elegi abiectus esse in domo dei mei , magis quam habitare

INCREDIBI. BEATITV. Fo. L

in tabernaculis peccatorum. Et alio item loco
 diuturnioris vite tedio affectus: de ipsius diu
 turnitate sic conqueritur: Heu mihi quia in
 colatus meus prolongatus est, habitavi cū ha psal. C
 bitantibus cedar, multum incola fuit anima xix.
 mea. Huius præterea summæ felicitatis af
 sequendæ spe seipsum alibi sustentat ac con
 solatur, inquiens: Latatus sum in ijs que dic
 ta sunt mihi, in domum domini ibimus: coe psal. C
 tera prætereo quæ eodem psalmo in laudem ac xxi.
 prædicationē coelestium Hierosolymorum su
 ma quadam gestientis animi lætitia affectus
 persequitur. Huius porro coelestis beatitudi
 nis magnitudo non ex psalmis modo: verum
 etiā ex cæteris sacrarum literarum monu
 mentis perspicere & intelligi quam facillime
 potest. Procedat igitur in medium vates
 sanctissimus Esaias: suāq; nobis de æterna fe
 licitate sententiā aperiat. Oculus inquit, nō vi
 dit deus absq; te: quæ preparasti diligētibus Esai. l
 te. Quæ eandē sententiā Diuus Paulus am xiiij.
 ple & luculenter expressit inquiens: oculus nō

vidit, neq; auris audiuit neq; in cor hominis
 i ad co- ascendit: quæ præparauit deus diligentibus se.
 rinhij Hanc Abrahamo, hanc Mose, viris præstan-
 tissimis, felicitatem mercedis loco se daturum
 Deus op. Max. pollicitus est: quorum alterum
 vt bono esset animo per quietem sic est adhor-
 tatus: Nolite timere Abraham: ego protector
 tuus, & merces tua magna nimis: alterum
 Veronimio videndæ gloriæ, maiestatisq; diui-
 næ studio incensum adhuc modum est consola-
 tus. Ego ostendam omne bonum tibi. hoc est in-
 dicabo ac patefaciã tibi me ipsum: in quo vno
 insunt omnia bona homini expetenda. Domici-
 ly porro cœlestis magnitudinem, pulchritudi-
 nemq; Propheeta Baruch admiratus, sic ex-
 clamauit. o Israel quam magna est domus
 dei: quã ingens locus possessionis eius. Qua
 vero lætitia & voluptate illic Heroes comple-
 antur, cū David & Isaias diuino afflatis spiri-
 tu declararunt, quorum alter, supernam ipsã
 Hierosolymorum urbem aliquens, cecinit ad-
 huc modum, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas
 dei

dei: sicut letantium omnium habitatio est in psal.
 te: alter vero sic est vaticinatus: Venient, in lxxx.
 quit, in Sion non infernam, sed supernam lau vi,
 dantes: & letitia sempiterna super capita eo Esai.
 rum, gaudium & exultationem obtinebunt. xxx v
 Quorum testimonijs Ioannes Euangelicæ hi
 storie egregius scriptor, eiusdem spiritus af
 flatu incitatus in Apocalypsi subscribit, in- Apoc.
 quiens, Absterget Deus omnem lachrymam xxi.
 ab oculis sanctorum, & mors ultra non erit,
 neq; clamor: neq; dolor erit ultra, quæ prima
 abierunt. Suppetunt nobis quam plurima di
 uinorum scriptorum in hanc ipsam rem testi
 monia: quæ quia persequi longum est: hæc æ
 texuisse sufficiat.

CONSY. XII.

Ex christi ac sanctorū acerbitatibus col
 ligi cœlestis vitæ felicitatem.

Heroum præterea pro iustitia, ac christi
 ana religione tuenda inuncto & elato
 g iij animo

DE SANCTORVM

animo suscepta pericula & certamina: adde etiam
 vitam vitalibentissime amissa satis declarat:
 quæ & quanta sit illa cœlestis regni fœlicitas
 ac beatitudo. Neq; .n. rot acerbitates incōmo-
 da & calamitates, tã lubenti atq; alto animo
 pertulissent, & vitam hanc mortalem tanto
 in Christum amore inflammati profudisset:
 nisi certo sperarent sese, vita hac fluxa & ca-
 duca amissa, immortalem alterã, sempiternã
 omnibus copijs affluentem: & omni malo va-
 cantem adepturos: ac persuasissimũ haberet
 id quod egregius Apostolus Paulus ait: leuissi-
 mas scilicet esse omnes vitæ acerbitates, si cũ
 gloria ac felicitate cœlestis vitæ conferantur.
 Huius certe felicitatis potiundæ spe animo cõ-
 cepta, sese consolabatur senex ille sanctissimus
 Tobias, doloremq; eum lenire solitus erat:
 quem vxor ac conati eius ex plaga sibi di-
 uinitus inlieta, ceperant. Nam cum vxor
 & cognati accepta calamitate ipsi insul-
 tarent: & frustra collocatas elemosinas
 exprobarent, mitissimo ac placatissimo ani-

ad Ro.
 viij,

mo eis sic respondit . Nolite ita loqui, quoniam a sanctis ac iustis viris generati sumus, vitamque illam expectamus, quam Deus daturus est ijs qui fidem illi suam conseruauerunt, nullisque aduersis rebus fracti a iustitia ac pietate discesserunt . Cuius etiam sanctissimi ac fortissimi senis extat de coelestibus Hierosolymis magnificum preconium, & preclarissimum testimonium . Luce, inquit, o Hierusalem splenda fulgebis, & omnes fines terre adorabunt te : Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes adorabunt in te dominum : & terram tuam in sanctificationem habebunt . Beati omnes qui diligunt te & qui gaudent super pace tua . Beatus ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem . Deinde urbem ipsam miro artificio depingit & describit ad hunc modum . Portae Hierusalem ex saphyro & smaragdo edificabuntur, & ex lapide preti

DE SANCTORVM

oſo omnes circuitus murorum eius. Ex lapide
 candido et munito omnes platee eius sternentur
 & per vicos eius alleluja cantabitur. Benedic
 tus dominus qui exaltauit eam. Vt ſit regnũ
 eius in ſecula ſeculorum ſuper eam. Hoc flore
 tiſſimum, pacatiſſimum, feliciffimum ac ſem
 piternum regnum Chriſtus dei filius infinito
 ſacraſſimi ſanguinis ſui pretio nobis cõpara
 uit: quod ipſum omnium maxime teſtatur,
 nouum quoddam, inauditum, inopinatumq; ef
 ſe illud felicitatis genus, quod eſt egregijs chri
 ſtiane pietatis cultoribus diuina liberalitate
 preparatum. Huius etiam inaudite, inopina
 teq; felicitatis obtinendæ ſpe propoſita: idem
 ipſe dominus ad tolerandas magno & inuicto
 animo vitæ calamitates diſcipulos ſuos cohor
 tari, & incendere ſolebat. Hanc igitur immẽ
 ſam beatitudinem expete ardentiffime o Ho
 mo ipſius te perpetua recordatio cum magno
 pere delectetur, tum ad deſpiciendas res huma
 nas vehementer inflammet. Scito te in vita pe
 rinde atq; in exilio manere: ac proinde non in
terris

terris sed in cælo, tibi esse sempiternæ quietis
 domicilium ac sedē imperij collocādam. Neq; adhebr
 .n. habemus hic manentem ciuitatem: sed fu xiii.
 turam inquirimus. Ad illam igitur cælestem
 urbem incitato cursu, & continuis itineribus
 contende: illuc omnes curas tuas, cogitationes,
 sollicitudines, vota ac desideria refer: eius tibi
 memoria in animo semper inhaerescat. Ete
 nim propositi præmij, eiusq; amplissimi, recor
 datio animos hominum ad perferendos labo
 res, & subeunda quæuis discrimina incendere
 vehementer consuevit. Quocirca o vir chri
 stiane, hæc quæ de cælestis vitæ fœlicitate col
 legimus assidue lege, ac tecum diligenter me
 ditare: cumq; te his rebus considerandis ac
 quasi animo contemplantis, senseris ad cæle
 stium rerum cupiditatem vehementer inflā
 matum, quo magis ac magis inflammaberis: fīs
 de hoc modo ad deum preces.

Pia ad modum eius, qui cælestis vitæ
 desiderio flagat, precatio.

Maxi

P R E C A T I O .



*A*xime, altissime, opti-
me, clementissime, ac
munificentissime deus
qui inter coetera quæ
verbo tuo potentissimo
fabricatus es, hominem
tui simile, intelligentiæ
videlicet, ac cogitationis cõpotẽ procreasti: ipsũ
q; maximis cũ animi tũ corporis ornamentis
affecisti. Quẽ tamẽ his oĩbus ornãmẽtis spo-
liatũ, pro eo sane ac meritis erat, è terrestri
illo domicilio omnis amonitatis et voluptatis
plenissimo, i quo illũ initio collocaueras, extru-
sisti: atq; in hanc vitã, et in hũc mundũ ceu in
exiliũ missũ, sub varios casus calamitates, &
miserias subiecisti. Aequũ enim erat, vt
qui sanctissimo i perio tuo parere recusauerat
et à te sũm bono per incõtinentiã discesserat
in omne malũ et incõmodũ vellent, nollet, incur-
reret. In hanc igitur miserrimã lachrymarũ
vallẽ, veluti ex naufragio eiekti domine põde
re mortalitatis nostræ premimur, ac fluctibus

vastis

PRECATIO Fo. LIIII

vastissimi maris huius, et grauissimis tēpes-
 ratibus iactamur. Nulla nobis in vita trāquilli-
 tas: nulla quies, nulla deniq; adest incūditas et
 voluptas. Nā prāterquā quod ab omnibus cre-
 aturis ab aere scilicet, igne, aqua, terra, bestiis,
 et hominibus etiā ipsis laedimur: ipsi scerte ani-
 mi nostri perturbationibus implicati, huc &
 illuc rapimur & traducimur: neq; vllam
 partem tranquillitatis capimus, & quietis.
 Nunquam eundem mentis statum perpetuo
 conseruamus, sed singulis horis varie af-
 ficimur: Nunc gaudio efferimur, iam
 angore, & moerore conficimur: nunc
 in spem erigimur & excitamur, iam me-
 tu, aut desperatione fracti: animo pror-
 sus cadimus. Nunc in virtutis studio su-
 mus, iam varijs cupiditatibus inflammati
 & illecti: vitys nos per incontinentiam de-
 dimus. Hanc porro vitæ nostræ miseriam
 hanc mentis humane in constantiam satis
 perspexerat inuictus ille Athleta tuus Io-
 bus: qui de vitæ humane statu ac condi-
 tione

DE SANCTORVM.

Job. x
ij.

irione ita conquestus ait: Homo natus ex muliere, breui viuens tempore, completur multis miseris, qui quasi flos oritur, & conteritur: & fugit quasi umbra & nunquam in eodem statu permanet. Sed quid ego mortalis vitæ nostræ pericula cōmemorem domine? Vah nobis qui diuini numinis tui lesimus maiestatē, vah nobis qui abste procul in eam regionem pulsī relegatīq; sumus, in qua quotidie de vita æterna: deq; animi salute, quam nobis tuus vniuersus, humani generis optimus & maximus conseruator, multis laboribus peperit, in discrimen vocamur. Sæuissimus etenim ac truculentiss. ille leo, qui genus olim humanum è sede altissima, in qua abste initio fuerat collocatus, exturbauit & deiecit, omnia circuit: querens quem deuoret, dilaniet, atq; trucidet, ac nisi tu clementiss. & præpotens deus opem nobis ac præsidium attuleris: continuo interibimus, omniq; tui videndi ac fruendi spe, heu, perpetuo destituemur. Quæ res vana us qui te colūt: vitæq; semp

INCREDIBI. BEATITVF. IV

sempiternæ spe ac desiderio tenentur: vitã mo-
 lestissimã & acerbissimam reddit. Gratias
 .n. agimus tibi domine, qui genus humanum
 non ita afflixisti, quin potiunda coelestis ac se-
 piternæ vitæ miram quamdam illi cupiditatẽ
 ingenerares, qua vel inter lætissimã huius vi-
 tæ perpetuo admoneretur, se non luci huic mor-
 tali, sed increatæ & æternæ intuendæ, non ter-
 renis, sed cœlestibus bonis fruendis esse natũ.
 Quo certe dato nobis abste igniculo efficitur
 ut vitæ tedio sæpissime afficiamur: et morta-
 litatis nostræ onere pressi, immortalẽ illam
 ac cœlestem vitam, cuius fruendæ gratia ini-
 tio hominem procreasti, ardentissime expeta-
 mus. Huius igitur immortalis & sempiter-
 næ vitæ flagrans desyderio, cõtra mortalis et
 caducæ nostræ, in qua manemus omnes qui ab
 Adamo pregnati sumus, ingenti tedio affec-
 tus, tuã domine opẽ, tuumq; præsidium implo-
 ro, è misero vitæ exilio in seicem illam pa-ri-
 am nostram urbem sanctam Hierosolymo-
 rũ transferri vehementissime cupiens. Quid

ad heb.
xiii.

n. mihi est in terris? non habemus hic manen-
 tē ciuitatem, sed futuram inquirimus. In coe-
 lis nobis est perpetua quietis ac trāquillitatis
 domiciliū, gloriae et imperij sedes diuina tua
 charitate, ac munificentia preparata. Huius
 igitur domiciliij magnificentia, & pulchritudi-
 ne allectus, Diuinitatisq; tuae contēplanda stu-
 dio & cupiditate incensus, intimos clamores
 profundo: doneq; perueniam ad locum taber-
 naculi admirabilis, vsq; ad domum tuam.
 O quando mihi contingeret, è corporis custodia
 soluto euolare in coelū & manere cū Christo?
 quando aderit ille dies quo ab exilio in patriā
 restituar? et e fluctibus turbulentissimae vitae
 ac periculosissima nauigatione maris huius in-
 tutum illū, ac tranquillū coelestis vitae portū
 inuehar? Quando domine Deus fabricator or-
 bis, quando non in speculo & anigmate:
 sed contra aperte diuinitatem tuam intue-
 bor? Quando aspectu immensa maiestatis
 tuae totus contremiscam? Quando pulchri-
 tudinem tuam admirabor, ac suauitate

numinis

PRECATIO. F. LVI

numinis tui pascas? clementissime, mansuetissime, hominumque amantiissime deus, exaudi clamorem serui tui in hoc miserum calamitosumque exilium proiecti, clamorem inquam ex visceribus editum ac profusum. Et enim o domine Iesu mens humana diuinitatis capax nulla re alia, te excepto, expletur saturaturue aut comulate alundeque delectatur. Maxima egestate & acerbitate conflictatur, cum tibi non adherescit: teque complexu non tenet, cum tuo suauissimo colloquio, ac iucundissima familiaritate non fruitur. Tecum. n. amoris vinculo coniungi & copulari, summa immo vniuersa creaturae, quae rationis est particeps, beatitudo est atque felicitas. Hac coniunctione sublata, summa in paupertate, miseria, ac calamitate animus hominis versetur necesse est: tamen si omnibus & copijs abundet, & delicijs affluat. Sed proh dolor, Multa nos domine interim dum mortalem hanc vitam colimus, abste quam saepissime disiungunt, impediuntque quominus sempiternam tui memoriae teneat

PRECATIO.

teneamus, ac diuinitatis tuæ perpetua recorda-
 tione delectemur. Nam ut flagitia & pecca-
 ta præteream, quibus & sacrosanctū numen
 tuum violatur: & ab æt. lomo sempiterno in-
 teritu afficiendus separatur: ipsa certe tradu-
 cendæ vitæ quotidiana cura & sollicitudo, ipsa
 curandi, ac pascendi corporis cogitatio, ita ani-
 mum impeditum et implicatum tenet: ut vix
 possit ea, qua decet pietate, regiam ac celsissi-
 mam Maiestatem tuā colere atq; venerari.
 O Utinam domine me seruum tuum hoc tam
 graui onere liberares, his molestissimis occupa-
 tionibus exolueres, his grauiissimis cōp. edibus
 expedires, ac deniq; omnibus vitæ periculis: et
 incōmodis eriperes: et in cœlesti, tranquilla, ac
 beata illa dōmo tua collocares: quo scilicet, ad
 beatos, piosq; adiunctus tibi perpetuo adheres-
 cerem, tecum ardentissimæ charitatis & san-
 ctissimæ necessitudinis nexu coniungerer. cel-
 situdinemq; tuam cum beatissimis ac prestā-
 tissimis celestis curie ciuibus, Angelis scilicet
 & Hominiibus sempiternis seculorum etati-
 bus

PRECATIO. Fo. LVII

bus, laudarem: atq; celebrarem. Verum quoniam tantam felicitatem adipisci nōdum sum promeritus, illud postulo, illud abste domine quanto possum studio contendo: ut me seruuū tuum, quandiu frui mortalis vitæ vsura mihi contigerit, ab omni peccati labe inuiolatum liberumq; tuearis, & in tui solius colendi, ac diligendi studium inflammes. Sic. n. fiet, ut etiam manens in exilio, tecum conglutiner, ac dulcedinis tuæ partem aliquam percipere ac sentire possim, ac postremo spe certa tenear fore, ut aliquando ad florentissimum regnū tuum perueniam, teq; cum omnibus electis tuis infinitis seculorum ætatibus cōspiciam. Tri-
 bue seruo tuo hoc beneficium per te metipsum Iesu Christe humani generis liberator maxime & optime: qui cum patre tuo coelesti, & Spiritu Sancto, totius tam coelestis quam terrestris orbis dominatū obtines: ab omniq; creatura benediceris atq; suspiceris.

h Incita

INCITAMENTI AMORIS

erga deum pars quarta quæ docet quã
 sit Deus amandus, atq; colendus pro
 ea benevolentia, ac beneficẽtia qua
 non in iuersos modo homines ge
 nerat: Verum etiam quemq;
 singulatim cõplectitur.

Quibus rebus considerandis, homo ad
 deum colendum atq; amandum inca
 tari vehementer possit.



ABSOLuimus iuuante Chri
 isto tres operis instituti ac
 suscepti partes, reliquum
 est ut ad quartam expli
 candam aggrediamur: of
 tendamusq; quibus rebus animo tractãdis ad
 deum ardentissime diligendum venerandũq;
 excitari valeat is, qui christiana religione deo
 deuinctus atq; obligatus est. Id siquidem de
 quatuor propositis nobis restat explicandum

Duplici

Duplici igitur via homo assequi potest ut
 numinis diuini studio & amore incendatur:
 & beneficijs quæ ab eo accepit, in memoriam
 reducendis, & Diuinæ naturæ proprietatibus,
 animo & cogitatione perlustrandis. Etenim
 harum rerum diligens, & accurata con-
 sideratio maximos homini ad deum amandū
 & colendum stimulos adhibere consuevit.

CONSY. I.

De priuatis dei opt. Max. beneficijs.

VT igitur a diuinorum beneficiorum com-
 memoracione exordiamur, illud præcipio
 diligenter attende: quæ te Deus bonitate cum
 nō esses procreauit, procreauit in quā nō animi
 sensusq; expertē, sed animantem, eumq; ratio-
 ne utentem, & diuinitatis sempiternaq; bea-
 titudinis capacem. Quotiescumq; igitur
 animalis intelligentia præditi munus obis &
 exqueris, meminisse debes tanti benefiij:
 Deoq; cum gratias immortales agere, tum
 singularem illi pietatem præstare: Qui qui

te in creaturis non vite, & rationis exper-
tibus, sed viventibus, intelligentibusq; num-
randum esse duxit: tibiq; sui cognoscendi, ac
fruendi facultatem liberalissime tribuit.

CONSY. II.

IAM vero te infantulum matris ve-
ro inclusum, qua bonitate incolumem con-
servavit? Potuit quidem certe fieri, ut ab ac-
to forte fortuna matris partu, in lucem non
prodires, sed diuina clemētia factum est, ut et
materno utero comprehensus, vita atq; spiri-
tu fruēderis, & deinde editus, mortalem hanc
ac caducam lucem aspiceres.

CONSY. III.

ILLUD etiam velim cōsideres o homo
quā te scilicet Christus amauerit, qui in la-
cemeditū, paterniq; sceleris macula infectū
sacri fontis sanctissimo lauacro abluerit: san-
guine suo asperserit, inq; pristinam digni-
tatem, olim promissoris peccato amissam re-
stituerit. Nam & ornamenta Adamo erep-
ta per Christum recuperasti. & cœlestis illius
feli: mi

felicissimi regni haeres institutus & effectus
 es. Quocirca beneficio nullum aliud in terris
 potuisti a Deo maius accipere. Vt si quippe veni
 re solet ut multi infantes in ipso vitæ ingressu
 luce priuentur, amittantq; omnem prorsus ad
 coeleste domicilium perueniendi facultatem.
 Neq; n. ullis aditus in caelum patet: nisi ijs,
 quibus macula peccato originis suscepta, per
 Christum deleta fuerit. Quare si ipso primo
 ortu animam efflasset videri numinis diuini
 omnē prorsus facultatē amisisset. Qua certe
 plaga nulla tibi maior diuinitus infligi potuis
 set.

CONST. IIII.

QUIN etiam illud euenire facile potu
 it: ut ab ijs parentibus susceptus esses,
 qui a cultu christiana pietatis abhorrent: ac
 proinde a corpore Christi auulsus, in sempi
 ternum exilium, hoc est ad inferos eiectus,
 omni prorsus spe contuenda, ac fruenda
 diuinitatis excideres. Quo ardentius tibi
 Deo gratia agenda sunt: qui non solum tibi
 lucis huius usuram, verum etiam parentes

christianos dedit: quate christiana religionis vinculo obligantur, & sanctissimis eiusdem religionis mysterijs et decretis imbuendum curarent.

CONSY.V.

CONSYDERA etiã o homo qua munificentia ac liberalitate, omnia naturæ ornamenta tibi sint a deo tributa. Ea vero quoniã multa sunt ac magna, diligentius a nobis explicanda, et enumeranda sunt, quo ipsorum cõmemoracione, & attentã etiã consyderacione, in munificentissimi ac largissimi numinis studium vehementius inciteris. Sunt autem naturæ humane ornamenta duplicia: quedam. n. ad ornatum animi, quedam vero ad corporis decorem, integritatemq; , & rectissimam constitutionem pertinent. Consydera igitur, ac diligenter animo complectere datam tibi diuinitus excellentem quamdam ingenij vim, & intelligendi facultatem: qua posses disciplinis excoli & institui: vel certe ea intelligere ac percipere que

ad conseruandam animi integritatē: Vitāq;
 degendam tuendamq; valerent. Quod certe
 beneficium maximi faciendum est. Quam
 multi nati sunt moriones, amentes, & stulti:
 Tu vero a deo opt. Max. præstantissimum
 sanæ mentis, idq; nullis tuis promeritis ante
 gressis, beneficium accepisti: Adhæc memori
 am tenacem, qua res sensu & intelligentia
 perceptas comprehenderes, ac quasi in thesau
 ro reconditas custodires: volendi etiam liberâ
 facultatem, qua & ea quæ illi grata & accep
 ta esse intelligeres, ardentè amplectereris: et
 ab ijs contra quæ ei displicerent, summopere
 abhorreres. Vide igitur, ac perpende a rimo,
 quam vehementer iniquum & absurdum
 nefariumq; sit, ea te adiumenta ad violandū,
 ac grauiter laceffendū nūnen diuinū confer
 re: quæ tibi ad se, pro eo ac decet, colendū ac ve
 nerandū data ab eo liberalissime, ac suppedita
 ta sunt. Nā cū aliquid ex ijs, quæ deus odio ha
 bet, quæ; vt toto animi conatu declinarētur,
 sperant, animo comprehendis, memoria tenes

h iiii amore

DE PRIVATIS.

amore complecteris, hisce omnibus donis ac
 muneribus impudenter abuteris. Taceo quam
 plures alias facultates tibi diuinitus insitas: vi
 dendi scilicet, odorandi, audiendi, tangendiq;
 miram quamdam præstantemq; vim. Ad
 has porro præclaras naturæ facultates, aptissi
 ma quedam instrumenta siue foramina que
 dam à corpore ad animum patentia, (quæ græ
 cior gana appellant) adiunxit eaq; locis elegã
 tissime, atq; decentissime disclusit. Etenim fa
 cultates sua munera obire minime potuissent:
 si fuissent corporis instrumentis destituta.
 Quam igitur te decet studiose deo gratias a
 gere, quamq; ardentem illum amare, qui non
 solum animum tuum excellentissimis facul
 tatibus exornauit & instruxit: Verum etiã
 aptissima illi instrumenta dedit, quibus propri
 um quæq; facultas, munus exequi valeret.
 Iam vero quæ sit ipsorum instrumentorum
 pulchritudo, quæ concinnitas, quamq; apta
 compositio, explicatum est difficile. Quam ex
 cellenti admirandoq; artificio, oculi, nares, au
 res

res, lingua, fauces, manus, pedes, quibus sese
 mouendi vis exercet, diuinitus perfecti &
 fabricati sunt? Certe vel ipsa singularum cor
 poris tui partium contemplatio, te ad aman
 dum deum debuit vehementer excitare. Pre
 tereo optimam corporis habitudinem ac cons
 titutionem ad perferendos labores aptissimam
 Hæc vero dei opt. Max. in te beneficia cum
 semper grata memoria prosequitur, tum certe
 maxime meritam illi gratiam iusta prædica
 tione, ac memori mente persolvere debes
 cum hisce facultatibus: & instrumentis ad
 diutius, præclarum aliquid atq; utile effeceris:
 vel certe aliquid sensu acceperis: quod ip
 sum animam iucunditate quadam ac volup
 tate perfundat.

CONST. VI.

BONA vero externa tibi data diuini
 tus quid commemorem? opes scilicet, ho
 nores, gloriam, gratiam, præclaram omni
 um de te existimationem: que omnia ad bene
 beateq; viuendam plurimum valent? Dici n.

DE PRIVATIS

Vix potest, quam multi à suscipiendis præclaris honestisq; actionibus egestate prohibeantur auocenturq;: tibi vero data est a deo ea fortunæ amplitudo, qua non solum vitam honeste, splendideq; tueri: Verum etiam aliis multis opem præsidiumq; afferre posses. Gratia præterea in qua es apud omnes, magni beneficii loco ducenda est. Nam quod ab iis omnibus quibus cum familiaritate & consuetudine coniunctas es diligaris, & colaris, deo acceptum referendum est: is. n. te hisce fortunæ præjidiis tectam, ac munitionem esse voluit.

CONSY. VII.

CONSYDERA præterea: & attentissima cogitatione complectere ea beneficia, quæ ex diuina misericordia, ac clementia in te profecta sunt. Nam cum innocentie meritis illud amplissimum, quod tibi

tibi a Christo amantiſſime ac liberaliſſime fuerat tributum per incontinentiam, & insolentiam perdidiffes: multisq; te flagitiis ac ſceleribus contaminaffes, non in te ſtatim, pro eo ſane ac meritis eras, diuinam ſeueritatem adhibuit: ſed alia atq; alia facinora ſuſcipientem patienter tolerauit, & clementiſſime rediturum expectauit: non interno modo afflatu, ſed externis etiam monitionibus, hæc eſt, minis, flagellis, interdum etiam beneficijs ampliffimis te ad reſipiſcendum quotidie adhortans, alliciens, & impellens. Nam quæcumq; tibi in omni vita vel læta, vel aduerſa cõrigerunt, ea tibi diuino conſilio diuinaq; voluntate, & decreto accidiſſe exiſtima, non quo aut illis animum efferres, hiſce vero contra heres ac demitteres, ſed ut verisq; ad ſe amandum, & ſtudioſiſſime colendũ incendereris. Quo maius profecto tuum eſt flagitium, & de reſtabilitate ingrati animi tui ſignificatio: qui hiſce rebus es adductus, non ut ardentius deum

tam in te clementem ac misericordem diligeres: sed ut magis ac magis quotidianis plane iniurijs lacefferes, ac grauius, horreo dicere, impudentiusq; offenderes. Id quod ipse clementissimus deus patienter tulit vsq; adeo, ut nullis tuis flagitijs quantumuis magnis detereri potuerit, quo minus tibi bene faceret: & stimulos quotidie ad honeste viuendum ad moueret.

CONSY. VIII.

Porro autem animum tuum in peccatis confirmatum, quam amanter molliuit, fregit, atq; ad honestatis, pietatisq; studium tradaxit? Qua humanitate, quauē letitia te ad se quasi post liminio redeuntem excepit? qua charitate & beneuolentia cōplexu, sinuq; receptum fouit? qua clementia omnia tibi scelera condonauit: & æternum supplicium quod commerueras, remisit? Hæc autem beneficia non semel aut iterum tibi præstitit, sed toties quoties prolapsionis tuæ te poenituit, atq; opem præsidiumq; ipsius implorasti. O summa

nam dei misericordiam, o clementiam singulararem. Non obliuiscitur misericordiae deus psal. lx
 neq; continet in ira miserationes suas, quippe xvi.
 qui interitu hominum minime delectatur.
 Quid igitur agis o Homo ingratiſſime? cur
 deum nō diligis? cur eximia haec dei op. Max.
 in te misericordia, haec tanta beneficentia non
 mollit, ac pungit animum tuum, inq; ipsius co
 lendi ac venerandi studium non vehementer
 inflammat? O quoties te ex faucibus Leonis
 verus ille David extraxit? quoties ab interitu
 vendicauit? quoties e diaboli durissima serui
 tute liberauit? Quoties tibi suas iniurias con
 cessit? cur in tantorum beneficiorum cogitati
 onem non totus incumbis? Nam quo haec be
 neficia maiora amplioraq; sunt: eo crebrius
 & attentius sunt animo & cogitatione per
 tractanda.

CONST. IX.

Praetereo quoties impēdientia tibi cū mē
 tis tum corporis pericula & incommoda
 depulit, atq; propulſauit. Nam multo pro
 fecto

fecto pluribus (quæ tua est ad peccandum pro-
 clivitas) te sceleribus obstrinxisses: nisi clemen-
 tissimus Deus omnem peccandi illicebant
 abste proculamovisset, tuosq; nefarios conatus
 ac profundas libidines, ne se in omni intempe-
 rantia effunderent, represisset. Quæ n. libi-
 do ab oculis tuis, quod porro facinus a manibus,
 quod flagitium ab animo ab fuisset: nisi deus
 opt M. effrenatas cupiditates tuas cohibuisset
 & in officio continuisset? Ad hæc tibi cum di-
 abolo certanti ac quasi collato pede cominus
 confligenti præsidium quam sæpissime atq; o-
 pem attulit, effecitq; ne ab adversario illo tuo
 infestissimo ac robustissimo vincereris. Ange-
 lum præterea in tui custodia collocavit, cuius
 præsidio si fuisses destitutus: omnia tela quæ
 tibi in omni vita machinatus ad pestem ac
 perniciem est diabolus, corpore & animo exce-
 pisses. Angeli etiam custodia, ac vigilia fac-
 tum est: ne per quietem a diabolo oppressus, in
 tererrimum illud impiorum domicilium sem-
 piterno supplicio excruciadus rapereris. Hæc
 vero

Verò quanta sunt beneficia?

CONSY. X.

QUID dicam? Non solum autem te semper & ubiq; tectum, ac defensum ab omni impetu satanae, calamitate, ac periculo esse voluit: non solum tibi ad resipiscendum, ac meliorem vitam agendam spatium, verum etiam summam opportunitatem, ac commoditatem dedit. Etenim ad suscipiendum vitae monasticae institutum te incitavit, quo è vitae moribus liberatus, ab omni cura, solitudine, munere, officio & molestia vacuus & solutus, a cœtu etiam hominum, ac frequentia semotus: & citius pristinos mores emendares, & facilius in virtutis pietatisq; studium incumberes. Sunt .n. Monasteria quaedam virtutis scholæ ad purgandos, atq; informandos ad omne officium animos aptissima.

Quo

DE PRIVATIS

Quo immanius profecto tuum scelus erit, & intolerabilior ingrati immemorisq; animi testificatio, si tanto tamq; illustri beneficio fueris abusus. Quam multis ereptum est colligendi sui vitæq; emendandæ spatium? quam multi repente interitu oppressi omni prorsus spe vitæ immortalis exciderunt? quam multi etiam sæculi fluctibus iactantur, qui si fuissent ad vitæ Monasticæ portum diuinitus prouecti: multo profecto te ardentius diuinum numen venerati, virtutisq; studia complexi essent. Tu vero tanto beneficio affectus non expergisceris, neq; diuini numinis amore ardes: immo vero, quod detestabilius est, desidia atq; otio totus languescis: regiamq; diuini Numinis maiestatem ea re maxime offendis. Sed illud summo studio tibi cauendum est, ne te languentem, ac nimia in studio virtutum cessatione ac desidia torpentem, Christus stomacho eiciat atq; euomat, id verone fiat, quoniam in tua cura ac vigilantia magna ex parte positum est: da operam vt Christo op. max.

tam

eam bene de te merito eam quam debes pietatem: & obseruantiam prestes: ac proinde non ijs modo quæ accepisti: sed alijs etiam multo amplioribus beneficijs te dignum præbeas. Ac de beneficijs quidem singularibus ac priuatis hætenus, superest, ea iam beneficia commemoremus, quæ cuius homini sunt cum reliquis hominibus communia. Neq; .n. flagitijs hominum deterretur Deus, quo minus omnes diligat, ac de omnibusquam optime mereatur.

DE GENERALIBVS DEI BENEFICIIS. CONSY. I.

De orbis, rerumq; molitione, administrati-
one, & conseruatione.



LLV D igitur imprimis fac ut agnoscas ac recorde-
riso Homo, totius tam ter-
restris quam coelestis orbis
molitionem, hominum cau-
sa fuisse factam. Etenim
elementa, ignis videlicet, aer, aqua, terra,
coelum etiam ipsum, & omnia quæ coeli com-
plexu

plexu continentur, coercenturq; tuendi, cōseruandi, alendi etiam hominis causa diuina bonitate & beneficentia facta & fabricata sunt. Neq; .n. traduci vllō modo vita hominum potuisset: si hisce adiumentis fuisset destituta. Attende igitur ac diligenter consydera, quanta beneuolentia: quātaue benignitate deus opt. Max. hominum vitæ prouiderit: quippe cui omnia quæ ad tuendam ac sustentandam ipsam pertinerent benignissime ac largissime suppeditauerit Omnes porro mundi partes singulari quodam ordine disposuit, excellenti ornatu, ac pulchritudine decorauit, mira varietate distinxit: vt non solum vtilitatis, cōseruationisq; hominum: verum etiam voluptatis & oblectationis rationem duxisse videatur. Terrā igitur in medio mūdo locauit, eamq; aquis, quibus initio obruta & operta erat, vacuam atq; liberam vario bestiarum, animaliumq; genere compleuit: vario item herbarū plantarumq; ornatu vestiuit: vt ex his & vtilitatem homines, caperent: & voluptatem.

Cælum

Cœlum autem omnium supremum esse volu-
 it, quo omnia coercens atq; complectens, inq;
 inferiorem regionem quasi insuens vitam
 animantibus daret: efficeretq; motione perpe-
 tua annuas caloris & frigoris, dierum etiam
 & noctium continuatas vicissitudines, ad ho-
 minum salutem ac conseruationem. Namq;
 hac temporum permutatione efficitur: ut vi-
 ta hominum ac cœterorum etiam animanti-
 um conseruetur, quæ certe retineri nullo
 modo potuisset, si aut perpetuis frigoribus con-
 cretus hic, crassus, terræq; proximus aer obri-
 gesceret, aut perpetuis solis caloribus excalfac-
 tus ureretur. Multa præterea hac annua ca-
 loris & frigoris vicissitudine gignuntur ad
 vsus hominum vitæq; conseruationem neces-
 saria, quæ certe gigni, ac procreari nulla ratio-
 ne potuissent: si vna semper eademq; forma
 cœli: idèq; temporis status permaneret. Taceo
 harũ rerum omniũ, quas cõmemorauimus sũ-
 mã, admirabilẽq; constantiã, et stabile iot iã
 sæculis in eodẽ cursu atq; ordine permãsiõnẽ.

Quarum certe rerum commoditatibus non
 ij vtuntur solum qui deum diligunt, verum ij
 etiã qui ab eo maxime auersi sunt. Quo ma
 ior est Dei nostri bonitas ac beneficentia, qui
 ijs etiam benefaciat, a quibus non colitur ille
 quidem ac suspicitur: sed grauius potius offe
 ditur: & ad iracundiã quotidianis sceleribus
 inflammatur. Clementissimus atq; optimus
 deus cum vniuersos homines procreauerit, illis
 q; excellentem quamdam ac pene diuinam
 diuinitatis suæ effigiem impresserit: nõ potest
 non vniuersos singulari cum beneuolentia, tũ
 benignitate complecti. Ex quo fit, vt neq; eti
 am flagitiosissimis sceleratissimisq; homini
 bus, ijs videlicet qui impurissimis veræq; pietat
 tis ac religionis cultui contrarijs superstitioni
 bus conflictantur, lucis huius vsuram, aut vi
 talem aerem, eaq; omnia quæ ad sustentan
 dam propagandamq; vitam pertinet benig
 nissime largiatur.

CONSY. II.

De angelorum custodia & obsequio.

NON solum autem inferiora hæc ac corporata: sed superiora etiam illa & incorporea hominibus ad obsequium, subsidiumq; sunt diuinitus tributa. Verum illa quidem ad vitam conseruandam, hæc vero ad animum tuendum custodiendumq; hominum generi data sunt: ac promde tanto illis præstantiora ac diuiniora: quanto longius animus corpori præstat. Quam nam porro naturam deus op. Max. angelica illa natura diuinior, præstantior, & procreauit? Hæc igitur excellentissimam, præstantissimamq; naturam clementissimus deus homini tegendo ac custodiendo præfecit. Sunt .n. Angeli administra ad heb. torij spiritus, vt inquit Paulus, in ministerium i. missi propter eos qui hæreditatem salutis capiunt. Quo circa negotium illis diuinitus datum est, vt homines sue tutelæ commissos diligentissime custodiant, tegant, ac defendant, omniq; iniuria, animi corporisq; discrimine ac calamitate prohibeant. Quod certe diuinæ

DE GENERALIBVS

*miseri cordiæ et liberalitatis in nos homines be-
 neficiũ eo amplius, illustrius, insigniusq; est,
 quo humana natura angelica illa inferior est
 atq; humilior. Nam quo honore auctum hu-
 manum genus putas: quippe quod ijs conserva-
 toribus, custodibus, ac veluti pedagogis vtatur
 qui in cœlesti illo felicissimo regno cum omni-
 bus copijs affluunt, tum honoribus amplissi-
 mis, summaq; apud Deum gratia florēt. Ha-
 rum igitur beatissimarum mentium vigilijs
 & excubijs efficitur, vt homines ab impetu
 truculentissimi illius Leonis, qui genus homi-
 num ardenti & acerbo odio persequitur, defē-
 dantur: & ad pietatem numini præstandam
 interno quodam inflatu admirabiliter incitē-
 tur. Quid vero commemorē quot & quāta
 beneficia hominibus præstant angelorũ præ-
 stantissimæ mētes? afflictos excitāt, iacentes
 erigūt, moerore affectos cōsolantur, prolapsis
 manũ ad surgendũ porrigūt, in discrimen ad-
 ductis opẽ ac præsidium afferūt, certatibus ad-
 sunt, eosq; spe victoriæ ac triũphi ad studiũ pie-
 tatis acrius*

tatis acrius incendunt. Nutantes confirmant
 labantes vero iam atq; inclinatos fulciunt, sus-
 tinent, ac sustentant, languentes ac torpentes
 acuumt & extimulant, via aberrantes ad viam
 reuocant, ac deniq; omnibus in rebus, secundis
 & aduersis in omniq; vita adsunt hominibus
 & opitulantur. Adhæc preces nostras,
 lachrymas, optata vota q; pia in cœlum perfe-
 runt: indeq; nobis fructus varios & magna
 emolumenta referunt. Quarum quidem cer-
 te rerum omnium mira extant in sacris volu-
 minibus testimonia: quæ ipsa breuitatis studio
 minime citanda ac proferenda duximus. Il-
 lud tantum te o christiane hortamur: roga-
 mus etiam & obsecramus, vt sanctissimas
 mentes, hoc est, spiritus angelicos humani ge-
 neris custodes religiosissime venereris: eum
 vero qui in tui custodia collocatus est, sin-
 gulari pietate colas: illiq; te, resq; tuas om-
 nes diligenter commendes. Etenim, mihi
 crede, habere potes neminem, qui tibi aut
 amantius consulat: aut studiosius fauceat

DE GENERALIBVS

resq; tuas omnes diligentius, curret faciliusq;
conficiat.

CONSY. III.

De redemptionis: ac conseruationis ho-
minum ingenti beneficio.

EXtat & aliud in genus hominum diui-
nae liberalitatis beneficium, omnium pro-
fecto maximum atq; amplissimum. Neq; n.
satis visum est beneficentissimo ac clementis-
simo numini: quod orbem caelestem ac terres-
trem hominum causa condidisset, quod supe-
ras etiam illas praestantes ac prope diuinas an-
gelorum mentes illis ad obsequium, patrocinium
custodiam, ac tuitionem dedisset, nisi ipsis etiam
filium suum unicum humanae carnis opercu-
lo reatum & opertum, praecceptorem, ducem ac
conseruatorem daret. Quid quaeso tam libe-
rale: tam munificum? tam porro regium, ac
diuinum? Quodnam maius & insignius tri-
bui hominibus a deo potuit beneficium? singu-
laris profecto bonitatis fuit homines procreas-
se: eximia liberalitatis, ipsorum hominum
causa

causa mundi edificasse, summe beneuolentia,
 ipsis protegendis ac custodiendis angelos præfe-
 cisse: at illud ex inusitata quadam inauditaq;
 bonitate, munificencia, & charitate dei erga
 nos profectum est: quod filium suum unicum
 præpotens numen, pari dignitate, gloria, maies-
 tateq; præditũ, ipsorum hominum & angelo-
 rum procreatorem, vniuerso orbi præsentẽ,
 carni humane coniunctum nostri liberatore
 ac doctorem esse voluerit. Ex quo factum est
 vt fraterna simus cum filio dei necessitudine
 deuincti: ac promde non amici solum, verum
 etiam filii dei opt. Max. effecti: illiusq; sempi-
 terni ac storentissimi regni heredes instituti.
 O celsam ac præclaram hominum dignitatẽ:
 o ardentissimam Dei opt. Max. in nos homi-
 nes charitatem, o certe felicem hominum na-
 ram, quam immensum illud ac præpotens nu-
 men filii dei sibi coniunxit & adglutinavit
 & in altissimo diuinitatis solio collocavit. O
 beatum humanum genus, quod est a dei fi-
 lio ad omnem pietatem cœlestibus præceptis

infor

informatū, & infinito sanguinis sui pretio e
 Pharaonis, hoc est diaboli et peccati seruitute
 redēptū. O vere charissimas Dei filio animas
 hominū, quas ipse sibi despōdit ac secū sāctioris
 cuiusdā necessitudinis vinculo deuīxit: quas sā
 guine suo lauit, & diuinitatis spiritu afflauit.
 Hæc noctes atq; dies animo tracta o Homo:
 cogita quonā scilicet pactodeus opt. Max. hu
 mani generis misertus filiū suū e caelo demis
 sū virginis cuiusdā præstārissime atq; sāctis
 simæ utero incluserit: carne vestiuerit, negoti
 umq; illi dederit, vt homines cœlestibus præce
 ptis ad omnem humanitatem ac pietatē erudi
 ret, e tenebris in lucē reuocaret, et acerbissima
 seruitute oppressos in libertatem vindicaret.
 Considera etiam diligenter quæ & quanta
 idem dei filius tua causa perpeffus sit: quam
 atrocem & crudelem mortem, omni infami
 & macula notatus obierit. Huius immensi
 beneficij memoria nunquam ex animo tuo dis
 cedat, sed perpetuo in mente hæreat. Aequū
 n. est vt qui tanta christi munificentia perpe

tuo iuuatur: memoriam etiam illius colat
sempiternam.

CONSY. IIII.

De sacrae hostie inestimabili, inexplica
biliq; dono.

Alijam & aliud Christi opt. Max. in
homines beneficium, maximū illud qui
dem, & amplissimū: ac nescio an cœteris om
nibus in nos collatis maius. Tãta. n. Christus
beneuolentiã homines complexus est: vt non
satis habuerit sese pro ipsorum salute in tot ac
tantas dimicationes, tamq; infestos impetus,
ac postremo in mortem acerbissimam obje
re: nisi etiam corpus suum diuinū hominibus
edendum, ac sanguinem bibendum daret. Nã
cum legatione ea, quam a cœlesti patre accepe
rat, iam esset persunctus: reditumq; in cœ
lū equo in terras delapsus fuerat, pararet: es
setq; nobis corporis sui præsentiã dulcent
& optatam subducturus, admirandum
abditumq; corporis & sanguinis sui sa-

Deute
iii.

cramentum ad alendos animos instituit: no-
 bisq; sese quodam panis & vini operculo con-
 tactum, non aspiciendum modo & veneran-
 dum, verum etiam manibus contrectandum
 ac vescendum praebeat. O mysterium inenoda-
 bile, o inauditam christi munificentiam. Non
 potuit Christus a nobis auelli, quos tantis cum
 laboribus e Pharaonis dominatu ac tyrannide
 liberauerat, quos sanguine suo abluerat: quos
 sanctissimae necessitudinis & affinitatis vin-
 culo secum deinxerat. Quare rationem ac
 viam excogitauit, qua nobiscum non animo
 modo, sed corpore etiam esse valeret, si minus
 spectabilis, sensum certe omnem effugiens o-
 culorum. Quae nam quae sonatio, quaeue gens
 deos suos ita praesentes veneratur, quemadmo-
 dum nos praesentem veneramur deum no-
 strum, summum, ac prepotens numen?
 Adest siquidem Christus, praesensq; est in
 ara ac templo sibi dicato: adest inquam, vo-
 ta ac preces hominum exauditurus, cer-
 tantibus praesidium allaturus, molestia af-
 fecto

fectos exhilaraturus, esurientes expleturus,
 & immortalibus deniq; bonis cumulaturus
 ac locupletaturus. Hoc. n. diuino cibo alimur,
 sustentamur, augemur, confirmamur, recrea-
 mur, exhilaramur, erigimur, excitamur, in-
 cendimur, & inflammamur. Obsecro te o Ho-
 mo ut huius immensi beneficij memoriã nun-
 quam animo tuo effluere et excidere patiaris:
 sed potius ad Christum singulari pietate cole-
 dum, intimisq; visceribus complectendũ eius
 perpetua recordatione studeas incitari. Quis
 n. est tam adamantino corde: tamq; duro ac
 ferreo pectore, qui quotidie renouata tanti be-
 neficii memoria nõ molliatur? nõ moueatur?
 ac quasi quibusdam fascibus admotis ad Chri-
 stum amandum, liberatorem, ac conseruato-
 rem hominum non vehementer incendatur?
 Quod. n. maius? quod præstantius? quod por-
 ro diuinius, ac salutaris munus tribui nobis a
 deo immortalis, quod insignius & expressius
 sui erga nos amoris testimonium dari potuit?
 Quo magis tibi elaborandum, ac conmitendũ
 est

est o vir christiane, vt non solum Christū pro
 tanta in te beneficentia diligas: Verum etiam
 dignum te præbeas qui cœlesti pane vescaris.
 Etenim magnopere consentaneū est, vt qui
 cœlesti cibo ac potu vitur, vitam etiam agat
 cœlestem, & ab omni peccato ac flagitio remo-
 tissimam. Ac de beneficijs quidem in vniuer-
 sum genus hominum collatis hæc commemo-
 rasse sufficiat: restat, vt naturæ diuinæ pro-
 prietates eas explicemus, quibus animo agi-
 tandis nemo non queat ad deum amandum
 & religiosissime venerandum excitari: si
 prius tamen formam gratiarum acti-
 onis eius dederimus: qua vti quis de-
 bet, cum se meditandis diuinis erga
 se cœterosq; homines beneficijs
 beneficentissimi numinis colen-
 di studio & cupiditate inflā-
 matum esse animad-
 uerterit.

PRECATIO PER QVAMPIA

complectens gratiarum actionē pro benefi-
 cius diuinitus acceptis e Græco sermone
 in latinū ab eadem authore cōuersa.



Omne IesuChreste deus
 vere, Rex altissime, san-
 ctissime optime, clemētis-
 sime: verbū aternū sem-
 piterni dei et patris, toti-
 us humanæ naturæ non
 cōditor solū et fabricator, verū etiam renoua-
 tor ac cōseruator: pro ea scilicet qua genus ho-
 minū complexus es charitate: quæue impulsus
 carnē nostrā tibi nobiscū voluisti esse cōmunē
 abdītāq; illā ac supra omnē naturā diuinæ
 naturæ cū humana coniunctionem effecisti.
 Quod si cœlestes illas superas, ac sanctissimas
 mentes nunquā capit neq; capiet unquā, tū
 laudandi, prædicandiq; satietas: sed eadē poti-
 us cantibus sine intermissione fufis, magnitu-
 dinē, et splendorē diuinitatis tuæ miris laudibus
 prof

prosequuntur: cur nos humi repentes terreni
 q; seruitui te mente atq; ore laudando præ
 dicandoue explebimur atq; saturabimur? Nã
 si à prima luce vsq; ad vespereã, & a vespere
 rursus, vsq; ad lucẽ matutinam summæ tuæ
 in nos beneuolentiæ, ac beneficentiæ signa das
 insaturabiliter: quid est cur nos certis quibus
 dam saltem, definitisq; temporum interuallis
 tibi effectori ac molitori vniuersitatis, gratia
 rum actionis pensum grata ac memori mente
 non persoluamus: qui sumus abste tot ac tan
 tis beneficijs affecti, amplissimisq; honoribus
 aucti? Sed ignosce nobis Christe optime &
 æquissime: namq; ipsa traducendæ vitæ mor
 talis & caducæ quotidiana cura & sollicitudo
 earumq; rerum quæ ad conseruationem vitæ
 pertinent, administratio procuratioq;, adde
 etiam necessitates illæ, quibus humanam natu
 ram subiectam esse voluisti, animos nostros
 in varias partes distrahunt: neq; nos sinunt
 te mente quidem atq; animo perpetuo con
 tẽplari: ore vero atq; lingua sine cessatione
 lauda

laudare atq; celebrare. Quocirca matutinâ,
vesperinam, meredinamq; horam, quasi quæ
dam cogitationum nostrarum, & collocutio
num primordia numini tuo colendo, laudando
q; dicamus atq; cōsecramus. Veneror igitur
te pro creatorem omnium ac parentem, obser
uoq; & adoro, simul cum sempiterno patre
tuo spirituq; sancto vitæ largitore, ac veren
dum tremendumq; numen tuum reueritus:
tibi præpotenti, formidando, reuerēdo, optimo
q; domino meo, genua cordis ac corporis mei
demitto ac prosterno, gratiasq; ago pro omni
bus ijs beneficijs, quæ abste non accepi modo, ve
uum etiâ singulis diebus accipio. Et enim præ
potenti manu tua me condidisti, spiritu tuo mi
hi animam afflasti, inspirastiq; meq; diuina
tua providentia gubernandum, nutriendumq;
suscepisti: veræ sinceraq; fidei cognitione in
struxisti, sanctissimis Ecclesiæ tuæ mysterijs
imbuisisti, caducis etiam ac fluxis humanæ feli
citatibus bonis ornasti et auxisti. Multis me præ
terea periculis prohibuisti, grauiissimis morbis

liberaſti, ac lecto decumbentē, iacentem, & af-
 flictum excitavi: teq; mihi ad ea quæ honeſta
 atq; vitilia forent, conſectanda ducem. & au-
 thorem, interno quodam inſtinctu & affla-
 tu præbuiſti. Gubernas etiam ac foues ſicut
 pullum tuum, atq; opus id quod ardentiffi-
 ma charitate tua fabricatus es. Sed quid
 ego mihi tantum arrogo, vt ampliffima
 tua in me beneficia commemorem? ſunt. n.
 ea quæ mihi abſte tributa ſunt beneficia, qua
 ſi quoddã pelagus immenſum inexhauſti ūq;
 profundum in comprehenſum; ſummum quid-
 dam ab oculis remotiffimum. Agere tibi
 gratias pro acceptis beneficiis non valeo, &
 ad aſſequenda recentia beneficia ſtudio, ac
 cupiditate incitor? Etenim hoc ipſum, me
 ſcilicet poſſe exiguo hoc gratiarum actio-
 nis munere deſungi, quantum eſt benefi-
 cium? O ſummam meam humilitatem,
 o eximiam tuam beneficentiam, ac bonita-
 tem: quando quidem id quod ſolum va-
 leo pro tuis in me promeritis tuæ celſitudi-

ni deferre ac persolvere: gratiarum inquam
 actionem, & sanctissimi numinis tui præ-
 dicationem, id quoque debeo eximie bonitati
 & benignitati tuæ, tuum. n. id munus ac do-
 nū est. O charitatē tuam immensam, quæ se
 totam in me profudit, atque ad me ornādū om-
 nes bonorum copias contulit. Exploratum,
 ac perspectum habeo, unicā esse, veram illam
 quidē, ac legitimā, tibi que acceptā grati animi
 significationem, parere scilicet diuinæ tuæ vo-
 luntati. Verū et si spiritus quidem alacer, & Math.
 ad te colendū studio ac cupiditate inflāmatuſ xxvi.
 sit: corpus tamen pro carnis cōditione infirmū Math.
 & imbecillum est. Hoc tu dixisti domine 1e xiiii.
 su. Alacritas etenim, atque ardor animi: hu-
 manis terrenisque cogitationibus restringitur
 atque reprimitur. Potes ipse clementissime
 domine iacentem animum erigere, languen-
 tem commouere, corpus vero fragile &
 imbecillum incredibili robore confirmare.
 Sic vere ac legitime gratum in te, memo-
 remque animum testificabor, si totum me

PRECATIO

ad nutum tuum accomodauero, teq; totis
 visceribus complexus, sanctissima tecum
 necessitudine coniunctus ac conglutinatus
 fuero. Hoc modo vt tibi gratum memo-
 remq; animum praestem, mihi dona ac tribue
 Christe Rex fili diuinae dilectionis, optimum,
 maximumq; numen. Sed quid ego domine de
 ijs te commonesecero aut interpellauero, qui-
 bus ego hodierna, vel crastina die opus habeo?
 Quid. n. boni expetere aut optare mihi seruo
 tuo inmentem veniet, quod ipse largiri mihi
 prius non concupieris? Ec quis alius quod mihi
 expedit ac conducit, melius nouit quam tu? Tu
 solus domine id cognitum ac perspectum ha-
 bes: quippe qui vt solus quod vere mihi expedit
 exoptas, ita praestare illud mihi ac largiri so-
 lus potes: Quo circa etiam me tacente, & ad
 regiam celsitudinem tuam preces non funden-
 te, efficies, quod mihi omnium maxime condu-
 cit. Quod si ad exorandam bonitatem tuam
 alicuius gratia apud te valentis patrocinio &
 aduocatione egeo: patronis certe, & aduocatis
lōge

longe gratiosissimis abundo, mysterio scilicet
 coniunctionis & vinculi eius, quod nobis recū
 esse voluisti: cruce etiam ipsa quā nostra cau
 sa libentissime pertulisti. Accedit etiam sanc
 tissimæ, integerrimeq; virginis, & matris
 tuæ: quam ad perficiendam illam diuinæ na
 turæ cum humana ineffabilem vnionem adiu
 tricem supra omnem naturam adhibuisti: pio
 rum etiam omnium qui in terris agentes cœle
 stem vitam coluerunt, grauissimum ac sum
 mi apud te ponderis, patrocinum. Cum igitur
 tot ac tantis intercessoribus abundem: inq; om
 nes apud te causam sine intermissione pro me
 dicant, non potes non amanter aperire manū
 tuam, et me tua benedictione complere. Quod
 si scelera mea obstant vberrimo fonti benigni
 tatis ac charitatis tuæ: dele ea quæso domine,
 despice, ac condona mihi seruo tuo, obruantur
 obliuione sempiterna, proiiciantur in profun
 dū maris. Condonare peccata hominibus chri
 ste rex summæ celsitudinis & maestatis, nun
 quam intermittis. Nam humanæ mentis per

PRECATIO

cursio & agitatio multo est velocior incitati
 orq; luce, sermo etiam noster præceps & ad
 prolapsionem procliuis: res vero ipsa materie,
 ac crassitudine quadam obscura caliginosaq;
 affecte. Ex quo fit ut non gloriatur in cons
 pectu tuo vniuersa caro. Tu autem solus pu
 rus, integer, inuiolatusq; es domine: neq; susci
 pere culpam vlllo modo potes, quoniam tu solus
 obliterare, ac delere peccata hominum potes.
 Dulcissime Iesu hominum liberator, custos,
 ac defensor: serua precor quam diutissime vi
 tam illorum florentem ab omniq; peccato &
 perturbatione vacuam, qui sanctissime chris
 tianam pietatē colunt, tibiq; legitime, ac syn
 cere deseruiunt. Postremo vero eos ubi præse
 tis vitæ (quam tu domine finibus ijs, quos nosti
 terminasti) cursum confecerint: in sempiternā
 illam vitam, regnumq; foelicissimum, non
 ipsorum meritis, sed bonitate tua impulsus
 introducito. Esto, o christe rex clementissime
 malorumq; tolerantiss. quoniā te decet omnis
 gloria, honor, & obseruantia: sempiternumq;
 patre

patrem tuum, qui cum in unitate Spiritus
Sancti vivis et regnas in infinitas seculorum
etates.

AMEN.

INCITAMENTI AMORIS ERGA

deum pars quinta quæ naturæ diuinæ
proprietas eas explicat: quibus cōsy-
derandis vir christianæ pietati de-
ditus diligendi ac colendi numi-
nis diuini studio incēdatur.

De diuina vi: potestate: ac verenda nimi-
um maiestate, cōsideratio prima.



DRINCIPIO itaq; dili-
genter animo cōplectere
quæ nã & quanta sit illa
diuini numinis vis quãta
potestas, atq; maiestas.
Id quod facillime per spi-
cies, si animu ad contēplãdas eas res contuleris:
quas idẽ effecit ac fabricauit. Nã earũ rerum

K iij que diuini

DE DILIGENDO

diuinitus procreatae sunt, admirabilis pulchri-
 tudo, cōcinnitas, ordo, magnitudo, ac multitu-
 do, diuinae potestatis vim maxime declarant.
 Quae. n. vis alia potuit caelestes illos orbes ar-
 chitectari, infinitis propemodum stellis, quasi
 fulgentibus ac collucētibus gemmis exornare
 motibus praeterea incitatissimis circum axē
 conuertere, ac contorquere, nisi infinita? Iam
 vero sphaera illa constans ex altissimis, ac ve-
 hementissimis ignibus, illa aeris immensitas
 maris vastitas, terrae latitudo, & stabilitas
 quid aliud quae so loquuntur, quam esse quod-
 dam numen praestantissimae mentis, infinita
 vi ac potestate praeditum? Neq; .n. hasce longi-
 tudinum, altitudinum, latitudinumq; immen-
 sitates efficere potuisset: nisi vi immensa infi-
 nitaq; polleret. Praetereo illam in omni genere
 rerum, animalium scilicet, quibus terram ma-
 req; compleuit, stirpium atq; plantarum, qui-
 bus terram, quasi conuestiuit, admirabilem
 varietatē. Taceo immensa camporum spatia
 impendentium montium altitudines, aquarū
 gelida

geidarum perennitates. Ex quibus omnibus
 liquido constat quam sit suscipiendus, ac reue
 rendus præpotens ille Deus: a quo hæc omnia
 non instrumentis illa quidem aut vectibus, sed
 inssione sola & imperio facta & fabricata
 sunt. Ipse etenim dixit, et facta sunt: ipse m^a Psal.
 dauit, & procreata sunt. Præterea ipsa harū x xxii
 rerum omniū tot iam seculorum ætatibus cōs et. cxi
 tantia, stabilisq; ac firma permansio mirum viii.
 nobis dat diuinæ virtutis testimoniū. Qua
 n. vi Deus opt. Max. vniuersa ex nihilo pro
 creauit, eadē prorsus multis iā sæculis, & æta
 tibus continet, atq; conseruat: & ad salutē ani
 mantiū sapienter administrat. Quid porro di
 cam de hominis animantiū omniū principis
 pulchritudine et excellentia? Dici. n. nō potest
 quantum opere diuinæ potestatis vis in hominis
 fabricatiōne eluceat, id quod quiuis facile intel
 liget, si datas homini & in generatas a natu
 ra facultates, intelligendi scilicet, memoria cō
 prehendi, sentiendiq; vim, singularum
 præterea humani corporis partium, pulchritu
 dinem

DE DILIGENDO AC

dinem, & concinnitatem, earumq; inter sese
 mirâ colligationem, & connexionem, functionem
 præterea cuiusq; atq; officium attente fuerit
 contemplatus. Quæcirca cum hominẽ, ac cœ
 tera animantia, cum terrâ, aquam, aerẽ, ignẽ,
 quæq; us continentur coercenturq; conspexe
 ris: cum deniq; in cœlum contueri tibi contige
 rit: Veniat tibi continuo in mentem summi
 ac præpotentis numinis illius, à quo tanta tam
 q; varia rerum molitio profecta est, a quo
 tam excellentes creaturæ solo nutu factæ
 sunt, eiusq; vim infinitam, omniq; religione,
 ac ceremonia venerandam, colendamq; ma
 iestatem reuerere, admirare, omniq; laude,
 & commendatione prosequere: te vero
 ipsum quam potes infime in conspectu e
 ius demitte, abijce, & prosterne. Quid. n.
 mirum si tuò homuncio tantæ maiestatis
 recordatione, terrore quodam afficiaris: ad
 eamq; venerandam, summaq; religione ob
 seruandam omnẽ contentionem animi adhibe
 as, si ille Angelorum præstantissimæ mentes
 illi

VENERANDO DEO Fo. LXXVIII

illi cœlestes Principatus Throni, ac dominatus
in tanti opificis, tamq; potentis numinis cons-
pectu pauent, eiusq; studio & amore incredi-
biliter ardent? Quam igitur nefarium ac sa-
erilegum est, te in tanti tamq; verendi: colē-
diq; numinis offensionem non dubitare incur-
rere: ipsumq; non modo non reuereri, verum
etiam quod flagitiosius, & intolerabilius est,
respuere, & impudentissime aspernari? Itane
o Homuncio audes diuina iura violare? audes
sanctissimas ipsius leges negligere, & tremē-
dum imperium recusare? Omnes creature
ei demissis cervicibus obtemperant: tu vero
illi parere grauaris? illius imperium? illius nu-
men? illius maiestatem minime reuereris?
non horres dei in te odium atq; offensionem
concitare? Num laceffis deum? Num robusti-
or, ac potentior illo es? An te immensam
eius vim infringere, ac labefactare posse pu-
tas? Potestati eius quis vñquam resistit?
Hæc cogita semper, hæc animo meditare:
sic .n. facile consequeris, vt Deum opti. Max,
sūm.

DE DILIGENDO

Summa obseruantia, ac reuerentia prosequaris: neq; facile possis adduci, vt iustissimas ipsius leges perfringas. Valebit etiã ad hoc plurimum diuinæ immensitatis, eternitatis, incõprehensibilitatis, ac cœterarum huiusmodi proprietatum diligens: & attendenda consyderatio. Nam hæc naturæ diuinæ proprietatibus animo agitantibus, facile excitatur animus ad reuerendũ admirandumq; summũ illud ac sempiternũ numen, quod cuncta procreauit, cunctaq; infinita vi continet, atq; conseruat.

CONSY. II.

De diuina bonitate: & beneficentiã.

IAM vero diuinæ bonitatis magnitudo, cum ex procreatione conseruationeq; rerũ, ex earũdẽ administratione procurationeq; facile cognoscitur. Bonitatis .n. ac beneficentiæ ea est natura, vt se totam in alia profundat, nullis promeritis inuitata. Nam qui ad bene merendũ de eo incitatur, à quo fuerit beneficio

cio prouocatus: non tam beneficum sese, quã
 gratum ac memorẽ esse ostendit. Quare sũ
 ma dei opt. Max. bonitas ex eo facile intelli-
 tur, quia nullis creaturarum antecedentibus
 meritis prouocatus: sed suapte sponte, suaq; bo-
 nitatis & beneficentiã quibusdam quasi sti-
 mulis concitatus, cuncta quæ sub aspectum ca-
 dunt, quæq; obtutum effugiunt, cum non es-
 sent, procreauit: illisq; immensa bonitatis suæ
 partem aliquam impertiuit. Etenim nulla est
 creatura tam abiecta & exigua, in qua nõ
 singulare diuinæ bonitatis vestigium appare-
 at, in quaue sese diuinitas nõ eximie ostendat.
 Hoc. n. diuina beneficentia ab hominũ benefi-
 centia differt: quoniã illa quidẽ patet amplissi-
 me: inq; omnia effunditur: hæc vero restricti-
 or est & angustior, ac certis quibusdam fini-
 bus definita. Deus. n. optimus Max. res om-
 nes a se productas, nullo habito delectu, singu-
 lari beneficentia complectitur, homo vero cre-
 aturam solũ rationis compotẽ, vt beneuolen-
 tia & charitate, ita liberalitate prosequitur,
 sic

DE DILIGENDO AC

sic .n. est apud sapientem, miseratio hominis
 Eccles. erga proximum suum, miseratio autem do-
 xviii. mini in omnem carnem, hoc est, in omnem cre-
 aturam. Cui quidem consentaneum est & il-
 lud quod regius vates magno gaudio elatus
 cecinit, inquiens: Misericordia domini plena
 Psal. est terra. Hanc etiam diuini numinis bonita-
 xxvii. tem, & beneficentiam Christus humani gene-
 ris restitutor mirum immodum in Euangelio
 commendauit. Nam cum diuina quadam co-
 hortatione homines ad bene de omnibus me-
 rendi studium excitaret, attulit in medium
 profusissimam patris sui cœlestis in omnes
 Luc. vi beneficentiam: inquiens, diligite inimicos
 Mat. v vestros benefacite ijs qui vos oderunt,
 vt sitis filij patris vestri: qui solem su-
 um oriri iubet bonis, & improbis & plu-
 uiam effundit super iustos & iniustos.
 Quanta est diuina bonitas ac beneficentia,
 quæ eos etiam beneficio afficit, qui colendū ac
 religiosissime obseruandū diuinæ maiestatis
 suæ numen, non modo vlla reuerentia, cultu,
 hono

honoreq; non dignant, verum etiã innume-
 ris iniurijs ac contumelijs laceffunt, christia-
 numq; nomen turpissimis conuitijs lacerant,
 ac proscindunt. Nam lucis vitaq; vsurã illis
 amantiſſime impertit, et omnia quæ ad tuen-
 dã vitam valët, benigniſſime largitur ac sup-
 peditat. Ex quo fit, vt viros christianos suiq;
 cultores multis interdũ acerbitatibus, atq; a
 deo ſũma egeſtate cõſlictari ſinat: eos vero qui
 a christiana pietate & religione vehementer
 abhorrët: Mahumetas inquam, Turcas, ac cœ-
 teras eiufmodi peſtes, æternis ſi: pplicijs deſtina-
 tas: ſecũdis rebus florere, omnibusq; copijs pati-
 atur abundare. Sediudicia dei abyſſus multa.
 Noli, inquit. D. P. Auguſtinus, ſcrutari: ſi nõ
 vis errare. Diuinæ etiam bonitati tribuenda
 eſt, rerum omnium quas fecit conſeruat. o,
 atq; gubernatio. Qua .n. bonitate cunc-
 ta condidit, eadem vniuerſa ſuſtentat, tuetur
 atq; gubernat. Niſi .n. diuina vi ſuſtine-
 rentur, fulcirëturq; omnia: permanere nullo
 modo poſſent, niſiq; diuina mente ac conſilio
 admi

DE DILIGENDO

administrarentur, nequaquaquam suum quæ
q; res ordinem munusq; tot exactis seculis cō
seruasset. Quam igitur amandus, quamq;
obseruandus est Deus, cuius singulari bonita
te non modo sunt cuncta, verum etiam conti
nentur: qui si ea potētissime manus sue vi
qua fulcit vniuersa, destitui vel puncto tēporis
permitteret, continuo profecto dilaberentur,
& in nihilū interirent. Hoc igitur cum tecū
ipse reputaueris, deum tuū cuius quasi manu
ne corruas, neue in nihilū redigaris, sustenta
ris: cuiusq; vi infinita corpore & spiritu con
tineris: omnitibi studio venerādū, omniq; pie
tate, & sanctimonia existima retinendum.
Quis.n. tam amens, tāq; est insipiens qui eū
audeat vel leuissime offendere: cuius vi poten
tissima sustinetur ne exaltissimo aliquo loco
præceps agatur, atq; deturbetur? Non solum
autem deus cuncta regit, & ne præcipitent ru
antq; prohibet: verum etiam animantibus pa
stam, quo alantur, vitamq; producant, sum
ma & incredibili benignitate suppeditat. Ipse
etenim

VENERANDO DEO FO. LXXXI

etenim omnium curam gerit, ipsisq; omnia
 quæ ad conseruationem vitæ attinent, largi-
 tur: quod quidem regius ille Vates elegantissi-
 mis carminibus expressit, ad hunc modum, O
 culi omniũ in te sperant domine, & tu das illis
 escam in tempore opportuno: Aperis tu manũ psal. C
 tuam, & imples omne animal bened: Tone. xliij.
 Et alibi, produces fœnum iumentis & herbã
 seruituti hominum, vt educas panem de ter psal. C
 ra, & vinum letificet cor hominis, vt exhyla iiii.
 ret faciem in oleo: & panis cor hominis confir-
 met. Saturabuntur ligna campi, & cedri liba-
 ni quas plantabit. Ad extremũ vero ait, Dã
 te te illis, colligent: aperiente te manum tuam
 omnia implebuntur bonitate. Auertente autẽ
 te faciem tuam turbabuntur, auferes spiri-
 tum eorum & deficient, & in puluerem suũ
 reuertentur. O summam dei beneficentiam,
 & bonitatem singularem, quæ non hominum
 modo: sed auium etiam, ac vermium vitæ tã
 ta cura, ac sollicitudine prospicit. Hoc igitur
 optimum ac beneficentissimum numen, ardẽ
 tissime

DE DILIGENDO AC

tissimo amore & studio prosequere o Homo
 Summa religione cole, & observa. Quem n.
 ad amandum alicuius in se liberalitas ac bene
 ficentia non incitavit? Quare cum deus noster,
 conditor etiam ac liberator nostri benignissi
 mus sit atq; beneficentissimus, suæq; bonita
 tis copias in creaturas maxima largitate pro
 fuderit, efficitur profecto ut ab ijs omnibus
 creaturis iure optimo celebrandus, prædican
 dusq; sit: ab ijs vero quæ rationis & intelligē
 tiæ participes sunt, ardentissime diligendus:
 ac sanctissime & augustissime venerandus.

CONSY. III.

De diuina erga hoīes beneuolētia et charitate.

Sapie.
 xi:

Consydera ac meditare animo ardētissi
 mā illā numinis diuini in res singulas
 charitatē. Amat siquidē deus cūctā quæ fin
 xit: et nihil eorū odit, ac respuit. Nā cū deū
 creaturas amare, nihil aliud esse censeatur:
 quā impertiri ac tribuere illis aliquid boni: cū
 ergo res cūctas summa beneficētia, ut abunde
 demonstrauimus: cōplexus sit, sequitur profe
 cto

VENERANDO DEO FO. LXXXII

Et o ut vniuersas et amauerit ac dilexerit. Ex quo efficitur, ut fabricatio, tuitio, cōseruatio, administratioq; rerū non ex diuina bonitate modo, sed ex beneuolētia et ac charitate profecta sit. Id quod magnus ille Dionysius Arcopagita grauissime cōfirmat ad hunc modum. Audendū est autē et hoc verissime affirmare: ipsū omnium effectorem, ac moitorē deū abundantia quadam amoris et bonitatis, sese in omnia quæ sunt effūdere, per prouidentia singularē. Verū et si deus opt. Max. vniuersa, quæ molitus est, ut sacræ diuinæq; literæ testatur, diligat et amplectatur: præcipue tamen, vere: proprieq; eas creaturas diligit, a quibus vicissim diligi amariq; potest. Hæc autē mutui amoris testificatio, in iis solū naturis cernitur quæ rationis, ac mētis sunt cōpotes. Solæ. n. creaturæ ratione et intelligendi vi præditæ amare possunt, & redamare. Ex quo fit ut deus vere ac proprie homines diligit: cætera vero abundantia quadā amoris erga hoīes chara habeat. Etenim omnia quæ sub aspectum cadūt ho

Psal.
viiij.

minum causa sunt diuina prouidentia consti-
tuta: idq; regius etiam propheta admiratione
quadam affectus cecinit hoc modo. Quid est
inquit, homo domine quod memor es eius, aut
filius hominis quod visitas eum: minuisti .n.
eum paulominus ab Angelis: gloria & hono-
re coronasti eum: & constituisti eum super ope-
ra manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus
eius, oues & boues uniuersas, in super et pecora
campi, volucres coeli: & pisces maris qui per-
ambulant semitas maris. Hanc porro in homines
charitatem diuinum illud numen multo abun-
dantius apertiusq; declarauit: cum nobis filium
suum unicum praeceptorem, ac liberatorem de-
dit. Nam quod uniuersa haec, quae oculis cerni-
mus, nostra causa fecerit, eximia profecto ip-
sius erga nos charitati & beneuolentiae ascri-
bendum est, quod vero se ipsum effectum ho-
minem, vindicem ac conseruatorem nobis prae-
buerit, est id quidem incredibili & immenso
eius in nos amori iustissime tribuendum. Erat
.n. olim homo in magna cum Deo gratia, ve-
rum

rum cum primum sanctissimum eius imperi-
 um neglexit: continuo grauissimam illius in
 sese offensionem & acerbissimum odium co-
 citauit. Ex quo factum est, ut omnibus orna-
 mentijs ijs spoliaretur: quæ illi diuina munifi-
 centia tributa erant: & e terreno illo domici-
 lio, omnis voluptatis, & amœnitatis pleniissi-
 mo ex turbatus, in luctuosum ac calamitosum
 vitæ exilium proijceretur. Quo certe damno
 non ipse solum: verum etiam vniuersa eius po-
 steritas & soboles affecta est. Quam. n. pla-
 gam ille olim corpore & animo accepit: hanc
 ipsa omnes qui ab eo prognati sunt, acceperunt.
 Neq; n. potuit ægerimus, ac corpore et ani-
 mo cõfectus pater: nõ grauitè ægros filios ge-
 nerare. Cũ igitur humanũ genus grauitè æ-
 grotaret, ereptisq; prioris dignitatis ornãm-
 tis afflictum, prostarumq; iaceret: neq; sana-
 ri, excitariq; & ad pristinam dignitatem re-
 uocari posset, nisi ope presidioq; diuino: sempi-
 ternus dei filius humane calamitatis miser-
 tus, concitatũ in nos patris animũ placauit, ac

DE DILIGENDO AC

dat a sibi difficile illam quidem, atq; ardua nos
 stri liberandi ac restituendi provinciam alacri
 ac lubenti animo suscepit. Quare e caelo delap
 sus in utrum se praestantissima virginis
 inclusit: ac forma humanam, admirabili quo
 dam ac supernaturali modo susceptam, ad di
 vinam Hypostasim adiunxit. Deinde in luce
 editus spectabile sese hominibus praebuit: inter
 q; eos vitam agens, caelestibus eosdem praecep
 tis ad omne munus officii instruxit. Postremo
 vero poenas hominum flagitiis debitas, corpore
 atq; animo pertulit, sustinuit, ac dependit. O
 Christi clementiam singularem, o ardentissi
 mam sempiterni patris in nos homines chari
 tatem. Iam vero quis consequi dicendo possit,
 quot et quancis fluctibus ac dimicationibus sese
 dei filius nostra causa obiecerit: ac demum qua
 acerba contumeliosaq; mortem pertulerit? in au
 ditum profecto, inusitatumq; genus supplicii chri
 stus dominus sustinuit: quod oculi fugiant, au
 res respiciant, animus perhorrescat. Evolve om
 nia antiquitatis monumenta, annales repete, copen
ries

ries nullum unquam facinorosum nefariumque
 hominum grauiori et atrociori supplicio affectum
 esse, eo quo dei filius conseruandum hominum
 causa tortus acerbissime, atque excruciatusest.
 Omnes vero has grauissimas et acerbissimas
 poenas Christus agnus mitissimus, ac singula
 ri innocetia peditus elato, ac nimium salutis
 nostrae cupido animo subiit: quo veterem offensionem
 nostram obliteraret, nosque in caelestis patris gra
 tia restitueret. Etenim solus Christus dei filius
 potuit homines cum deo reconciliare: eorumque fla
 gitia cumulatissime expiare. Haec porro sum
 ma dei op. Max. in nos charitatem ac beneficen
 tiam idem in euangelio commendaui ac predicauit
 inquit: Maiorem charitatem nemo habet, ut ani
 mam suam ponat quis, pro amicis suis. Et alibi, sic
 deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum da
 ret, ut omnes qui credit in illum non pereant: sed habe
 at vitam aeternam. Hoc ipsum Apostolus Paulus
 ample, et magnifice exaggerauit adhuc modum.
 Pro bono, inquit, forsitan quis audeat mori, cum ad roma
 mendum autem deus charitatem suam in nobis
 l iiii quonia

DE DILIGENDO AC

quoniam cum peccatores essemus, secundum
 tempus christus pro nobis mortuus est. Et alio
 rursus loco humane liberationis beneficium
 abundantie amoris diuini erga homines assigna-
 uit, inquit, Propter nimiam charitatem
 qua dilexit nos deus cum essemus mortui pec-
 catis: conuiuificauit nos Christo, cuius gratia
 estis saluati. Vbiq; in sacrarū literarum mo-
 numētis hominum restitutio ac reconciliatio
 diuine charitati tribuitur: id quod ex omni-
 bus ijs locis facile intelligi potest, in quibus am-
 plissimum hoc in homines beneficium, a sacris
 diuinisq; scriptoribus celebratur. Quo maius
 igitur nostrum erit flagitium: nisi tantæ in
 nos Dei nostri charitati, mutuo etiam amore
 & beneuolentia, responderimus. Quis enim
 est qui se a matrem non redamet? Eo. n. Chris-
 tus dei filius nostræ se carni ac naturæ coniun-
 xit: ut nos ad se amandum, ac colendum incen-
 deret, immo vero ad redamandum cogeret ac
 q; compelleret. Etenim, Diuipatris Augusti-
 ni sententia, filij dei cum humana natura con-
iuncti

iunctiōe factum est: ut homines, quos amare
 deum procreatorē sui minus antea iuuabat:
 redamare certe post coniunctiōē nō pigeret.
 O vere diuinam bonitatem. Perspexerat sem-
 piternū illud numen hoc esse homines ingenio,
 ut beneficio prouocati potius, quā suapte spē
 & inductiōe in alicuius amandi colendiq; stu-
 dium incitentur: proinde ut facilius hominū
 animos ad se raperet atq; conuerteret: arden-
 tis suæ erga nos charitatis prior ille quidem
 dedit grauissimum, & apertissimū testimo-
 nium. Nam qua re alia præpotens ille Deus
 quam nos diligeret: illustrius & testatius red-
 dere potuisset: quam humanæ naturæ ad diui-
 nam personam adsumptione, & humani gene-
 ris liberatione? O igitur homo qui sanguine
 Christi filij dei pro te fuso es ab æterno interi-
 tu vindicatus, e diaboli seruitute redemptus,
 cum sempiterno patre in gratiā reductus, in
 numerum filiorum dei ascitus: dilige, & ob-
 serua eum, qui te tanto beneficio affecit, tãq;
 ardenti amore complexus est. Nihil. n. aliud
 abste

DE DILIGENDO AC

ab: Te ille pro tanto in te beneficio exigit ac re-
 poscit: nisi ut se colas, ac diligas. Quare abun-
 de sibi relatā gratiam putauerit, si totum te
 illi dederis, ipsiq; omnes tuas actiones conse-
 craueris: & quoduis peccatū ac flagitiū toto
 conatu declinaueris. Hoc vero quoniam mag-
 na ex parte in te situm est, nimiū profecto in
 deū tam bene de te meritum, tamq; tui amā-
 tem ingratus eris: nisi ipsi singularem hanc
 quam postulat, pietatem, beneuolētiamq; præ-
 stiteris.

CONST. IIII.

De diuina misericordia & clementia.

Praterea diuinæ misericordiæ cōsidera-
 tio magnos homini ad deum amandum
 & sanctissime venerandū stimulos admoue-
 re potest. Nam quis est adeo stupidus, adeo fer-
 reus, & lapideus, qui cum animaduertat quot
 & quanta sibi flagitia diuina misericordia
 sint condonata, quam grauia supplicia remis-
 sa, non molliatur, & colendi amandiq; numi-
 nis non incredibili studio incendatur? si quis
piam

VENERANDO DEO. Fo. LXX XVI

piam dānatus capitis, iam iamq; ad crucē ra-
 piendus, iudicis clementia meritas ac debitas
 sibi poenas effugeret, nonne tam eximio bene-
 ficio affectus, ad colendum omni genere offi-
 cii iudicem ardentem incitaretur? Cum igitur
 clementissimus Deus homini quem lapsionis
 suae poenitet, non semel aut iterum, sed toties,
 quoties diuinæ misericordiae opem implorauit
 æternum supplicium libentissime concesserit:
 nonne optimo iure ab ipso, quem tãto beneficio
 affecit, diligendus & ardentissime veneran-
 dus est? Diuina itaq; misericordia & clemen-
 tia duabus in rebus maxime cernitur: & in
 tolerandis infracta patientia hominum flagi-
 tiis, & in iis ipsis facile ac lubenter ignoscer-
 dis. Considera igitur o Homo ac tecum
 ipse reputa, quanta sit diuini numinis man-
 suetudo ac clementia, qua efficitur, vt gra-
 uissimas hominum iniurias sustineat, nefa-
 ria flagitia toleret, illisq; sui colligendi: vi-
 teq; honeste casteq; agende non spatium mo-
 do verum etiam commoditatem tribuat: ne

DE DILIGENDO AC

Scilicet repentino interitu oppressi poenas commissorum scelerum sempiternas pendant. Neque enim optimus ac clementissimus deus hominum peste ac pernicie delectatur: sed id potius expetit, ut auersi a peccatis, iustitiam colant, interitumque animorum effugiant sempiternum. Quocirca homines nefarijs sceleribus cooperatos, impurissimis superstitionibus imbutos, non statim, pro eo sane ac meruerunt, capite plectit, & ad inferos acerbissime cruciandos detru dit: sed summa clementia ac patientia tolerat, sustinet, expectat, diligit etiam, ac beneficijs ornat. Etenim & vitalem ipsis spiritum impartit, & ad resipiscendum multis eos modis adhortatur, allicit, & impellit: ne quam postea in iudicium vocati cessationis ab officio excusationem afferre possint. Verum si hac tanta dei patientia abusi, sese in omnia flagitia temere ingurgitauerint, tanto seuerius punientur, quanto diutius ac patientius sunt diuina misericordia expectati. Hoc est a .D. Paulo grauissime dictum in hunc modum. An diuiti

as, inquit, bonitatis dei, & patientia: & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas dei ad patientiam te adducit, secundum autem duritiam tuam, & impoenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei. Hanc etiam dei opt. Max. in nefarios homines clementiam, & contra nisi se collegerint, ac resipuerint seueritatem, excellentissimus ille vates David, elegantissime descripsit ac depinxit, in hunc modum, De Psal. us iudex, iustus, fortis et patiens, nunquid irascitur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit: Verum tamen si flagitiorum omnium ipsos poenituerit: veniamque sibi veterum offensionum dari supplicii ac dimisso animo à deo postulauerint, exprimi profecto vix potest, qua humanitate & mansuetudine deus eos ad se redeuntes excipiat. Qua misericordia illis omnia errata condonet, omniaque ornamenta flagitiis amissa restituat

sa restituat. Quo amore eos in nuīs sui prae-
 sentia prostratos, nimoq; moerore ob prateri-
 ta vitæ errata cōfectos, cōplexu teneat, sinu fo-
 ueat: atq; demū consoletur. Qua deniq; leti-
 tia, quo plausu, quaeue gratulatione hunc redi-
 tū in gratiā prosequatur. O summā dei clemē-
 tiam, quā facile veterum offensionū obliuisci-
 tur? & iniurias vel maximas concedit, & ig-
 noscit? Qua certe re deus opt. Max. immēsa
 potestatis suae vī maxime declarat. Nā quid
 maius, quidue diuini effici a deo potest quam
 hominis eius, qui auersus & abalienatus a see-
 rat, reconciliatio, & in veterem cū dignitatē
 tum gratiā restitutio, ac postremo ad potiun-
 diū summū bonum admirabilis euectio? Quo
 magis te decet cum immensam dei clementiā
 admirari, tum ipsum singulari pietate vene-
 rari. Quis. n. non diliget, ac colet tam clemen-
 tem & misericordem deum? Si tibi multorū
 ac maximorum scelerum conscius es: noli de
 assequenda venia desperare, sed animo erecto
 fidenti, ad coelestium cupiditatem inflamma-

to ipsius opem ac praesidium posce: delictorum
 q; omnium vt tibi venia tribuatur, studiosissi-
 me contende. Ne dubites o homo, ne haesites,
 neue spem amittas: sed erige animum potius,
 diuinam misericordiam toto animi conatu im-
 plora. lachrymas profunde, spemq; certam ha-
 beto fore, vt in gratiam cum deo quem tot ac
 tantis iniurijs laceffuisti, redeas. Nullum est
 n. scelus tam nefarium, tamq; atrox flagiti-
 um, quod & diuina clementia condonari, &
 lachrymis ex animo fuis non possit expiari
 Nam cum mansuetudo & clementia, calami-
 toforum afflictorumq; commiseratio, natu-
 ram diuinam maxime attingat: non potest non
 deus misericordiam illis tribuere, qui supplici,
 demisso, ac fracto animo sibi vt ignoscat pos-
 tulat. Sin veronullis te sceleribus obligatum
 agnoscis, eo quod omnia tibi sint diuina mise-
 ricordia condonata: caue negligas amare ac
 venerari eum cuius singularem in te clemen-
 tiam expertus es, immo vero omni ra-
 tione tibi conuitendum existima: ne quan-
 do

do in eius offensionem incurras, ne maiori aliqua calamitate, & incommodo afficiaris. Ac de diuina quidem misericordia habemus: de iustitia pauca dicamus, ut. n. deus op. Max. clementissimus est, ita & iustitiæ, & æquitatis diligentissimus.

CONSY. V.

De diuina iustitiæ & æquitate.

CONSydera igitur o Homo, quo ardentius deum diligas, ac magis reuerearis: quam sit is iustitiæ æquitatisq; cultor. Nihil est. n. a diuina bonitate profectum: in quo diuina æ-

Psal. quitas non eluceat. Nam regii vatis testimo-
x viii nio. Opera manuum eius veritas & iudicium:
Psal. & alibi: Omnes viæ domini, misericordia &
xxiii. Veritas. Cum namq; deus nõ solum sit bonus
verum etiã ipsa natura bonitatis: nihil potest
efficere ac moliri, nisi quod immense bonitati
sue congruat atq; conueniat. Est autem illud
diuine bonitati maxime consentaneũ, ut que
rebus

VENERANDO DEO FO. LXXXIX

rebus statum dedit, ea etiã tribuat quibus ille
 status retineri ac cõseruari cõmodissime pos
 sit. Quocirca optimus ac beneficentissimus
 deus rebus singulis a se procreatis ea largitus
 est, quæ datæ cuiq; naturæ, & statui maxime
 conuenirët. Quod certe si fuisset a diuino nu
 mine prætermissum: conseruari profecto res
 conditæ, & permanere nullo modo potuissent.
 Qui. n. fieri potuit, vt homo diutius vitam su
 stentaret: si aut ijs instrumentis quibus ad sus
 cipiendas exequendasq; actiones diuinitus ins
 tructus est, aut externis adiuuētis fuisset de
 stitutus? Si priues hominem manibus, ac cœte
 ris id genus instrumentis ad obeunda singula
 rum facultatum munera accommodatis: vi
 tam illi eripies. Quare cum deus summus ac
 præpotens, non homini solum, verum etiã cœ
 teris animantibus omnia tribuerit: quæ ad sui
 conseruationem, ac facultatum naturalium
 functionem attinerent, efficitur profecto vt
 iustissimum se erga eas, equissimumq; iura
 buerit. Est. n. iustitia virtus quedã, quæ suũ
 m cuiq;

cuiq; tribuit. Verum si rem ipsam diligentius
 us perpedamus, comperiemus Deū opt. Max.
 in procreandis, perficiendis, tuendisq; naturis
 rerum: non tam iustitiam, quam summæ bo-
 nitatis suæ condecētiā spectasse. Nam quod
 singulis naturis dederit quod cuiusq; statui,
 & naturæ conueniret atq; conduceret, non
 tam redidit, quod debuit, (Nemini .n. deus
 quicquam debet) quā quod diuinam bonitatē
 suam decuit, amanter prestitit. Quocir-
 ca patres sanctissimi diuinorum mysterio-
 rum interpretes, tradunt iustitiam quidem
 à deo erga creaturas non omnino quidem, sed
 ex parte conseruari, atq; proinde illam conde-
 centiam diuinæ bonitatis potius, quam iustiti-
 am appellandam esse censent. Perspicitur au-
 tem diuina æquitas maxime & præmijs tri-
 buendis, & poenis irrogandis. Nam ut pro-
 bus & officium sanctissime tuentibus præ-
 mia, ita improbis, & officium deserentibus
 supplicia sunt diuina seueritate constituta. Et
 enim diuina sapientia, & æquitate sancitum

VENERANDO DEO FO. LXXX X

ac decretum est, ut nullum recte factum pre-
termittatur, quod premio non afficiatur, con-
tra vero nullum flagitium, ac malefactum, quod
non seuerissime puniatur. Ex quo fit, ut diui-
na iustitia, retributio pro meritis a patribus
appelletur. Deus. n. cuique, quod commertuit, su-
ma equitate retribuit. Cuius quidem certe
rei multa, eaque; preclara, & illustria extant
in sacris diuinisque; literis testimonia: quorum
tamen insigniora quedam docendi gratia at-
texemus. Eximius ille vates virque; omnibus
numeris absolutus David, seipsum in incom-
modis, & acerbitatibus ijs, quibus di-
uino decreto & permissu affici saepe solitus
erat, diuinae equitatis consyderatione conso-
lari consueuerat. Psalmo igitur sexages-
simo primo, cum se quidem ad animi to-
lerantiam conseruandam, coeteros vero
ad iustitiam colendam multis verbis esset
cohortatus, ad extremum conclusit in- Psal.
quiens. Semel locutus est Deus, duo haec lxi.
audiui, quia potestas dei est, & tibi domine
m ii miseri

misericordia, quia tu reddes unicuique iuxta o-
 pera sua. Et alibi etiam. Et retribuet mihi, in-
 Psal. quit, dominus secundum iustitiam meam: &
 xvi. secundum opera manuum mearum retribuet
 mihi. Cui consentaneum est illud quod est a sa-
 piente sapientissime dictum ad hunc modum,
 in die bonorum ne immemor sis malorum, &
 Eccles. in die malorum ne immemor sis bonorum, quonia-
 xi. facile est, coram deo in die obitus retribuere
 unicuique iuxta vias suas. Dominus etiam Je-
 sus Christus conseruator hominum cum de ex-
 trema illa die, qua ab hominibus antea et vi-
 ta rationem diligentiss. exquisiturus: & sin-
 gulorum merita trutina quadam ponderatu-
 rus esset, loqueretur: pollicitus est se cuique ex a-
 etate vite fructum seuerissime retributurum.
 Quem fructum diuus Paulus in epistola ad
 Romanos explanans inquit, ijs qui secundum
 adrom corruptionem quaerunt, vitam eternam: ijs au-
 y. tem qui sunt ex contentione, & non acquies-
 cunt veritati: credunt autem iniquitati, ira et
 indigna

indignatio. Ex quibus omnibus iam intelligi potest quanta sit illa diuini numinis equitas, quādoquidem vnum quemq; pro meritis aut premio afficiat, aut supplicio cōstringat. Sed neq; in persoluendis præmijs, aut supplicijs de flagitiosis hominibus sumēdis, Deus op. Max. immense bonitatis suæ et beneficentiæ obliuiscitur. Nam & si pro merita singulorum momento suo perpendat ac ponderet, præmia tamen multo ampliora, quam quisq; pro meruit defert: pœnam vero atq; multam longe inferiorem meritis irrogat. Nam si quispiam cōsideret, quanta sit illa fœlicitas, quam beneficentissimus & æquissimus Deus sui obseruātib; ac diligentibus, ab omni æternitate dare decreuit: nullius prorsus ponderis ac momenti nostra merita, si cum ea comparentur, existimauerit. Etenim & si quispiam omne genus calamitatis Christi causa perferat, ac præclaras in omni vita actiones suscipiat, non dum se dignum, vel minima cœlestis fœlicitatis partem adrom se præbuit. Neq; .n. Pauli testimonio, condig viii.

DE DILIGENTO AC

nae sunt perpeſſiones huius temporis, ad futura
 ram gloriam quae reuelabitur in nobis. Prae
 terea ſi cum animis noſtris reputemus, quale
 quantumq; ſit numen illud diuinum, quam
 colendum, diligendum, ac reuerendum: intelli
 gemus nullo non ſupplicio eos dignos eſſe, qui
 tanti numinis maiestatem imminuere: inq;
 ipſius offenſionem cadere ſunt auſi. Quocir
 ca & ſi nefarios homines aeterno ſupplicio affi
 ciat, mitius tamen in ipſos quam cõmeruerit,
 animaduertit. Neq; .n. poteſt deus clementiã
 cum ſeueritate non coniungere, quandoquidẽ
 nihil odit eorum quae ſingulari bonitate procre
 auit: omniaq; vt ſuapte natura bona, ita quod
 ad ſe attinet, vult eſſe ſalua: atq; cõſeruata.
 Haec igitur diligenter animo meditare o ho
 mo, quo ad amandum deum ardentius excite
 ris: a ſlagitijs vero committendis, vehementi
 us deterrearis. Vtrumq; .n. diuinae equitatis
 conſyderatione facile conſequeris. Nam qua
 ampliffima illa praemia, quibus ij qui ſanctiſſi
 me vixerunt: diuinitus ſunt donandi, animo

complexus fueris, colendi numinis diuini, & castæ incorruptæq; vitæ agendæ studio inflā maberis: Qua vero acerbissimas poenas quæ sunt sceleratis hominibus diuina equitate constitutæ, ante oculos proposueris, non dubito profecto, quin timore perterritus, & scelerum conscientia exanimatus, omni ratione tibi committendum ac providendum existimes, ne eas vnquã subeas atq; sustineas.

CONS. VI.

De incomprehensa dei scientia & cognitione.

VALET etiam atq; operatur quam maxime ad amandum, reuerendumq; deum summæ illius & incomprehensæ scientiæ, qua idem est præditus, consideratio. Quis enim nõ colet, non admirabitur, ac reuerbitur cuncta tuentem ac cernentē deū? diuinæ porro scientiæ ac sapiētiae magnitudo tribus rebus ma
 m iij xime

xime cernitur ac perspicitur: rerū videlicet
 procreatione, administratione, ac cogitationū
 & consiliorum intima cognitione atq; com-
 prehensione. Principio. n. ipsa orbis molitio, eo-
 rumq; omnium quæ ipsius complexu coercentur
 pulchritudo, decor, ac venustas, cōcinnitas
 & condecencia facile declarant infinitam ar-
 tificis, a quo facta & creata sunt, sapientiam.
 Nam si quantum arte, scientia, ingenio & in-
 dustria opificum quisq; valeat, ex operibus ipsius
 ce perspicitur, quæ sunt ab eo elaborata, atq;
 fabricata: ac tanto aliquis in eo genere præstan-
 tior iudicatur, quanto maiori artificio & inge-
 nio ab eo aliquid perfectum & fabricatū est:
 quanta igitur machinandorum, architectan-
 dorumq; operum scientia ille præstare censen-
 dus est, qui est pulcherrimi huius, decerissimi
 ac maximi operis effector? qui mundum hunc
 ita tornavit ut nihil fieri possit eo rotundius?
 Qui omnes eius partes ex quibus constructus
 & quasi coagmentatus est, ita colligavit: ut
 nexæ inter sese atq; aptæ essent: atq; aliæ ali-

VENERANDO DEO FO. XCIII

as coercerent, complecterenturq; , efficeretq;
 admirabilem quendam globum, incredibili pul-
 chritudine prædicum: & mira rerum varie-
 tate distinctum. Sed quid ego de orbis molitio-
 ne & effectione loquor? Certe nulla est crea-
 tura adeo exigua, quæ nõ præferat. summã
 artificis a quo fabricata est, artem, atq; scien-
 tiam. Quod ipsum facile perspicies, si vel mi-
 nimi vermiculi fabricationem attente fueris
 contemplatus. Est siquidem singulari opere,
 ac plane diuino artificio creaturarum quæq;
 perfecta: ac proinde immensam effectoris opi-
 ficisq; sui scientiam indicat ac demonstrat,
 quam etsi nos ex parte cognitam, perceptam
 q; nullo certe modo comprehensam habemus.
 Hanc porro diuinam artem, hoc singulare ar-
 tificium, quod in rebus à deo opt. Max. procre-
 atis admirabiliter elucet, Regius ille vates cū
 esset contemplatus, summa admiratione tan-
 titamq; prouidi, & artificiosi numinis affec-
 tus, exclamauit: inquiens. Quam excellentia Psal.
 ac magnifica sunt opera tua domine, omnia lxv.
 'incredi

DE DILIGENDO AC

sapient.
xi.

incredibili arte, ac sapientia fecisti. Quod ipsum considerauerat vir ille sapientissimus, qui dixit: omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti domine. Non solum autem in edificatione orbis, sed etiam in eiusdem prudentissima ac suauissima gubernatione cernitur diuinae sapientiae magnitudo. Etenim qua scientia vniuersa ex nihilo architactus est Deus, eadem prorsus cuncta regit & moderatur, & ad suos cuique praescriptos fines dirigit: atque perducit. Animantia enim rationis expertia ita gubernat, ut vitam & ipsa conseruent: & hominibus, quemadmodum diuinitus decretum est, deseruiant. Coeteras vero res omnes sensu ac vita carentes, ad tuitionem, conseruationemque animantium, mirabiliter, ac sapienter administrat. At creaturas rationis, & consilij compotes qua sapientia gubernet explicatu est difficile. Etenim eas ita regit ac moderatur, ut suos eas impetus, atque impulsus persequi sinat: quos tamen arcana quodam

VENERANDO DEO Fo. XCIIII

quodam consilio ad sempiterna sua decreta accomodat. Ex quo fit ut simul homines & diuinis decretis pareant, & libera voluntatis motus & appetitiones exequantur, ac proinde dignos sese premio vel supplicio praebeant. Quae res non explanata modo, sed cogitata etiam est difficilima. Quod satis declarauit Apostolus Paulus: qui & si ad tertium vsq; coelum euectus esset, ac de reconditis ineffabilibusq; mysterijs diuinitus edoctus, cum tamen sese in summum illud ac profundum diuinorum iudiciorum consiliorumq; pelagus animi consideratione agitationeq; immerisisset: suscepta cogitationis & commentationis magnitudine prorsus obrutus ac quodam stupore affectus, exclamauit. O altitudo diuitiarum adrom sapientiae ac scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles viae eius. Hoc ipsum & David vi Psal. disse putandus est: qui cecinit. Magnus ac celsus dominus: magnaq; vis & xvi.

DE DILIGENDO AC

Virtus eius, & sapientia eius non est nume-
 rus. Ipse praeterea ordo rerum, motuum, tem-
 porum, vicissitudinumq; tot iam exactis secu-
 lis constantia, magnum ac praeclarum dat di-
 vine providentiae ac scientiae testimonium. Ut
 enim ciuitas rectissime constituta rectoris pru-
 dentiam, sapientiamq; commendat, ita etiam
 scientissima ac suauissima mundi gubernatio
 numinis diuini immensam, incomprehensam
 q; sapientiam, summamq; providentiam testa-
 tissimam apud omnes relinquit. Haec siquidem
 res vna philosophis olim persuasit, esse quoddam
 praestantissimae mentis numen, quod cuncta
 procreasset, sapienter regeret: atq; adminis-
 traret. Nihil est praeterea quod deum lateat,
 aut fugiat, praeterita enim, praesentia, eaq; quae
 futura sunt nouit, intimas etiam cogitationes
 et ablitissima consilia perspexit. Ex qua fit ut
 καρδιουργός τις, id est, cordis peruestigator
 et inspector in sanctis literis nominetur. Attes-
 tatur hoc ipsum Paulus ac grauissime confir-
 mat ad hunc modum, *Viuus est enim sermo dei*
vimq;

Heb.
 iiii.

vimq; maximam & efficacitatem habens:
 penetrandi vero multo maiori vi & faculta
 te præstans, quam omnis gladius anceps: et per
 tingens ac peruadens vsq; ad diuisionem ani
 mi & spiritus, compagum quoq; & medula
 rum, diiudicare & discernere valens cogitati
 ones, et proposita neq; est creatura aliqua quæ
 obtutum eius effugiat: omnia autem nuda, &
 aperta, ac quasi proposita sunt oculis eius. Re
 gius etiam vates omnium scientiam ac cogni
 tionem deo tribuit: sic. n. cecinit. Domine **Psal.**
 explorasti me, tu cognouisti sessionem me **cx xx**
 am ac resurrectionem meam: id est om **viii.**
 nia quæ stans, sedens, cubans & surgens ago. **Para-**
 At non solum ea quæ ago cognita ac perspec **phra-**
 ta habes: verũ etiam ea quæ cum animo meo **ce.**
 cogito, tu siquidem cogitationes meas, intimos
 q; animi mei sensus non tum solum cū quic
 quã cogito: sed multo ante etiã quam id cogi
 gitare ac commentari animo incipiã, eminus
 prospexisti. Ad hæc cum omnes vias meas an
 tequam vs ipsis ingrediar, præuidisti, tum om

DE DILIGENDO AC

nia Verba, antequam ore meo proferantur.
 Neq; id mirandum est, quandoquidem tibi
 domine omnia quæ aut futura ad extremum
 sunt, quæq; multis ante retro seculis anteces-
 serunt nota ac comperta sint. Deinde de-
 um ubiq; præsentem esse: ac proinde nullo
 pacto se posse effugere, quin illum suarum
 omnium actionum, arbitrum inspectorem
 testemq; habeat, hisce carminibus testatur:
 Quo ibo domine ac concedam quo diuinum
 spiritum tuum effugiam: & oculis tuis subdu-
 car? Certe non coelitum domicilio, non deni-
 q; extremis maris finibus potero delitescere,
 ac te præsentem & cuncta oculis lustrantem
 declinare. Nam si ascendero in cælum tu il-
 lic es: si descendero ad inferos, illic etiam nu-
 minis tui præsentiam sentiam. Si circumde-
 ro mihi pennas diluculo, & ad extremas vs-
 q; maris oras aduolauero: etenim illuc vis tua
 me perferet & semper in tuo dominatu, ac
 potestate ero. Quid igitur erit quod me pos-
 sit ab oculis tuæ celsitudinis cuncta in spec-
 tâtibus

tantibus remouere ? an tenebræ ? minime,
 quandoquidem tenebræ tibi ipsi, non sint te-
 nebræ, & nox tibi perinde ac dies luceat, a
 deo vt perinde nocte atq; die videas : neq;
 tenebris quo minus videas cunctaq; acerrime
 perspicias impediaris, neq; contra lu-
 ce, vt acrius acutiusq; videas, consequa-
 ris. Est igitur Deus quemadmodum cuncta-
 rum rerum effector potentissimus, ita cunc-
 tarum cognitor & explorator acerrimus. sapien.
 Quod ipsum declarauit sapiens cum dixit, vii.
 omnium est. n. artifex, omnem habens
 potentiam, & virtutem, omnia contuens,
 atq; prospiciens. Hæc cum tecum ipse fu-
 eris meditatus o homo venerare, suspice,
 & admirare sapientissimum, ac potentis-
 simum Deum, omniq; ratione tibi conni-
 tendum existima, ne quicquam vnquam
 facias, loquarisue aut animo complec-
 taris, quod sit ab officio atq; pietate a-
 lienum. Neq; enim potes, superi-
 ori vatis illius diuini testimonio,
 deū

DE DILIGENDO AC

deum quicquam celare: quippe qui omnia cer-
 nat, omnia collustrat oculis, omnia perspiciat
 & intelligat. Quae res certe ad bene pieq; vi-
 uendū non medioeres nobis stimulos admone-
 re debuit. Nam si homines ita coeteros morta-
 les reuerentur, ut ijs arbitris ac testibus nullū
 sibi scelus ac flagitium committendū putent:
 quanto certe magis decet deum potentissimū
 omni honore, cultu, reuerentiaq; dignissimū
 cuncta intuentem providentemq; reuereri?
 Facile igitur a faciendis sceleribus reuoca-
 beris, si tibi ante oculos statueris vniuersa cer-
 nentem atq; spectantem deum. Sed, prohi do-
 lor, eo impudentia prolapsi sumus, ut ea inspec-
 tante deo cogitare, re etiam exequi ac suscipe-
 re non dubitemus: quae quouis hominū arbitro
 ac teste cogitare, vel certe facere vehementer
 erubesceremus. Quod quidē certe maximo
 & euentissimo indicio est: nos multo magis
 hominum quam praesentis dei praesentiam,
 ac conspectum reuereri. Quod ipsum quam
 flagitiosissimum ac sceleratissimum est. Ad
 hac

VENERANDO DEO FO. XCVII

hæc te totū deo regendum, ac gubernandum
trade: quandoquidem is solus cognitū ac perf
fectum habet, quid nam tibi conducat & ex
pediat, isq; solus potest illud præstare & effi
cere. Quocirca omnem spem tuam in illo col
loca: ipsi te tuto regendum, tuendumq; com
mitte. Neq; n. D. P. Augustino teste, tam
est crudelis: ut se subducatur, atq; derelinquat,
ac præcipitem ruere sinat. Si homines illi se
nauculari lubenter & intrepide cōmittunt
vehementios, quem norunt & gubernandi artis
peritissimum, & usu exercitatissimum: quā
to certe lubentius ac fidentius te deo cum om
nium scientissimo: tum certe tui amantissimo
debes committere: qui solus nouit vitam tuā
gubernare, atq; saluum potest ad litus portū
q; prouehere? Quare si ad portum salutis ac
vitæ peruenire cupis (ut certe cupis) vitam
tuam deo gubernandā ac moderandā trade.
Eo enim gubernatore ac duce, nō Syllam mo
doet Charybdim incolumis præterueheris, ve
rum etiam ex longa ac periculosa vitæ nau
n gatione

DE DILIGENDO AC

gatione, sospes et incolumis, in coelestis vitæ portum perpetuæ quietis, & tranquillitatis, omnisq; voluptatis, & amœnitatis plenissimè inueheris.

De diuina beatitate, suauitate, ac pulchritudine.

CONST. VII.

Est præterea Deus ille sumus, id quod te ad ipsum diligendum vehementer excitare, & inflàmare debet. beatissimus, suauissimus, atq; omni ex parte amabilis. Beatitudo autem eius ex eo facile intelligitur, quia ipse est sumum, atq; infinitum bonum, ex quo efficitur, ut omne in se bonum, omnemq; beatitudinem inclusam contineat. Etenim sumum bonum illud esse omnes ad vnum censuerunt, quod esset omni ex parte perfectum, omnibusq; numeris absolutum, quodq; omne bonum creature mentis compoti oprandum & expetendum, contineret. Deus igitur cum sit sumum bonum

VENERANDO DEO FO. XCVIII

bonum, summa etiamq; infinita beatitudine
præditus sit, omnibusq; copijs ac bonis circũ
fluat, necesse est. Beatitudinis porro triplex
est genus, quoddam enim in contemplatione,
conquisitioneq; reconditarum ac cognitione
dignissimarum rerum: quoddam vero in ac
tione procurationeq; rerum maximarum ac
præstantissimarum locatum est, tertium
positum est in rerum externarum affluentia:
copijs videlicet, honoribus, voluptatibus,
gloria & prædicatione. Hoc vero tripli
ci genere beatitudinis, Deus summus, ac præ
potens summe, infinite, & admirabiliter
excellit. Principio enim beatitudo illa quæ
in cognitione ac contemplatione magnarum
abditissimarumq; rerum consistit, sum
ma in deo omniũ rerum efficiente perspicitur.
Etenim se ipse Deus ac cœtera, quæ aut
sunt, aut præterierũt, aut futura sunt, aut
fieri possunt, acerrime perspecta, ac com
prehensa habet: id quod est a nobis superio
ri capite abunde demonstratum.

Sūma etiam beatitudo ea in deo cernitur, quā
 in pulcherrimarum ac magnarum rerum ad
 ministracione positā esse diximus. Præsides
 .n. ille nō vni regno, aut provincia, sed vniuer
 so tam coelesti quam terrestri globo: prouidet
 etiam ac consulit: eiusq; nutu & arbitrio cun
 cta in caelo & in terris geruntur atq; admi
 nistrantur. Iam vero opes, honores, gloriam
 voluptates & delicias in numine illo diuino
 requires? minime profecto. Abundat siquidē
 ille amplissimis, & inenarrabilibus copijs &
 diuitijs, sanctissimis voluptatibus ac delicijs af
 fluit, imperio, dominatu, potētia, gloria, et dig
 nitate, supra quam dici aut cogitari potest, ex
 cellit. Nam quibus opibus, quibusq; voluptati
 bus eum affluere posse putas: qui est summū
 & infinitum bonum? quo imperio & domina
 tu praeeditū esse qui vniuersa in ditione tenet?
 Qua vi ac potentia pollere: qui valet omnia
 efficere, cuiusq; voluntati nemo potest obiste
 re? Qua deniq; gloria florere deū existimas,
 quem omnis creatura, colit, obseruat, suspicit
 celebrat

celebrat atq; admiratur? Est igitur Deus ve
 immensus, summus, incomprehensus: ita om
 ni ex parte beatus. Ex quo certe tibi iam conf
 tare, ac liquere potest, quibus copiis illi abundat
 quibus honoribus decorentur, quantum deniq;
 potentia valeant ii, qui præclaris in vita suscep
 tis actioibus meruerunt ad coelitum regnū
 ac domicilium peruenire. Nam cum numen il
 lud diuinum sit, ut diximus, infinite beatum:
 sui etiam colentes & amantes, omnibus bonis
 complet, ditat, ac locupletat, quemadmodum
 Christus in euangelio declarauit, qui mensu Luc.
 ram confertam & coagitatam deponendam Vi.
 esse in sinu iustitiae ac pietatis amantium præ
 dixit. Hoc ipsum viderat sanctissimus ille
 vates & potentissimus rex Dauid, a quo il
 lud est scriptum, satiabor cum apparuerit Psal.
 gloria tua: perinde ac si diceret, conseten xvi.
 tur alii vitæ bona fugacia illa quidem ac fal
 lacia, fluxis voluptatibus & diuitiis exple
 ri, falsa q; gloria, & honore decorari aueant,
 ego certe iustiam ac pietatem colens spe bona

sustentor fore, ut beatissimam faciem
 tuam aliquando contempler, atq; omni
 bus gaudiis et voluptatibus cumulatus, omni
 bus honoribus auctus, in suavissima pulcherri
 mi numinis tui contemplatione conquiescam.
 Vide igitur quã vehementer desipiant ii, qui
 terreno alicui principi tanto studio ac diligen
 tia deseruiunt, ut ad aliquem honoris ac digni
 tatis, simul cum vita interitura, gradum per
 ueriant, deo vero omnium procreatori, soli po
 tenti ac beato, regũ domino, vniuersiq; mode
 ratori, qui sui diligentes & obseruantes eter
 na felicitate donare valet, inseruire negli
 gunt? Sed, proh dolor, tanto homines rerum
 exteriarum studio ducuntur, tamq; arden
 ter ad ambratam quandam felicitatis effi
 giem quam voluptates, copie, & honores
 ostentant, ad amant, tamq; auide complecti
 tur: ut pro nihilo dicant, vera, solida, ac
 sempiterna bona amittere: ac corpore, & a
 nimo simul interire. Quo nihil amentius
 & insanius esse potest. Quid enim insani

us & stultius, quam terrena caelestibus, fluxa
 ac caduca sempiternis, mortalia immortalibus,
 humana diuinis antepondere? Tu vero, si sa-
 pis o homo: animo tuo imperabis, eūq; per uim
 ab his quæ sensibus percipiuntur abstrahes et ab-
 duces, caelestium vero cupiditate in dies magis
 incendes. Id autem effeceris: si ea quæ in secū-
 da ac tertia huius libelli parte tam multis ex-
 posuimus, diligenter tecum fueris meditatus.

Diuini vero numinis pulchritudo, ex earū
 rerum quas effecit eximia venustate ac pul-
 chritudine intelligi satis potest. Nam cum om-
 nis ea pulchritudo, omnis decor, ac perfectio
 quæ in creaturis cernitur, multo præstantior,
 atq; excellentior in deo efficiente ac fonte, equo
 omnia manant conspiciatur: necesse est profec-
 to ut qui naturas rerum præcreauit tanta ve-
 nustate ac pulchritudine præditas: ipse omni-
 bus venustate ac pulchritudine, infinitis
 partibus antecellat. Contemplare igitur vni-
 uersi venustissimam, ac longe pulcherrimā
 n iiii faciens

DE DILIGENDO AC

faciem, singularum præterea partium ipsius
 miram convenientiam, concinnitatem excellē
 temq; pulchritudinem: ac meditare subinde
 cum animo tuo, quare sit eius a quo fabrica
 te & effecte sunt, pulchritudo: eamq; admi
 rare, a te eamq; contēplandā incredibili studio
 & vehementi cupiditate inlāmare. Quis
 n. pulcherrimi numinis intuendi conspiciendi
 q; desiderio non incredibiliter exarserat?

IN quo præterea fruendo tanta est animi
 suauitas, voluptas, ac iucunditas posita, ut mē
 rem prorsus eius qui eo quouis modo siue inter
 ris, siue in cælo fruitur, estu quodam ardentis
 simi amoris incendat, eamq; totam ad se ra
 piat atq; conuertat. Neq; enim fieri potest, ut
 qui dulcissimum, ac suauissimū numen intue
 entur, amant, atq; suspiciunt: non summa dul
 cedine ac voluptate compleantur. Cui quidem
 certe rei indicio sunt illi, qui deum in terris
 summa religiose colunt, & ardenti amore
 prose quuntur. Hi enim etiam in luctuosissimo
 vice exilio commorantes, tantā interdum ex
 dei

VENERANDO DEO FO. CI

dei opt. Max. recordatione, rerumq; cœlestiū
 consideratione voluptatem ac iucunditatem
 animi capiunt: ut non externarum rerū mo-
 do, verum etiam sui obliuiscantur: & sepiissi-
 me estu vehementissimi amoris abrepti, ad
 cœlestia contemplanda, quasi in altum, inter-
 missa tantisper sensuum functione, prouehan-
 tur. Hanc suauitatem, ac dulcedinem numi-
 nis sempiterni David rex multis in locis se sen-
 sisse, expertumq; fuisse testatus est. Psalmo
 siquidem trigessimō, quasi quodam stupore
 affectus sic exclamauit. Quā magna multi-
 tudo dulcedinis tue domine, quam abscondis-
 ti timentibus te, & alio item loco. Memor fui
 dei, & delectatus sum. Alibi vero hoc ipsum
 multo apertius et expressius declarauit: inqui-
 ens, cor meū: & caro mea exultauerūt in deo
 vino. Tanta animus excellentissimi ac sanctis-
 simi uitis letitia, dulcedine, ac voluptate, con-
 templatione altissimi numinis fuerat cumula-
 tus, & completus: ut voluptas animo percepta
 ad corpus etiam permaneret, ipsumq; incredi-
 bili

Psal.
xxx.

Psal.
lxxvi.

Psal.
lxxxiii.

DE DILIGENDO AC

Psal.
xxxiu

bili suauitate & iucunditate delinire. Ad hanc porro suauitatem ac dulcedinem degustanda omnes alibi adhortatur: inquit, gustate & videte quoniam suavis est dominus.

PERORATIO.

AGE igitur o homo potentiſſimum, beneficentiſſimum, clementiſſimum, equiſſimum, ſapientiſſimū, beatiſſimum, pulcherrimum, ſuauiſſimum tuiq; amariſſimū deum, reuulſis cupiditatum & flagitiorū cōpedibus, ardenti amore complectere, ſingulari pietate cole, ipſiq; te dede, conſecra, ac dedica. Dilige eum qui te dilexit, ac ſummis & innumerabilibus beneficiis ornauit. Reuerere illum vt dominum & vniuerſi moderatorem, cole vt deum, & effectorem omniū potētiſſimū, venerare vt parentē, dilige & obſerua vt tutorem ac deſenſorem tui vigilantiſſimum, ſuſpice vt conſeruatorē & redēptorem hominū longe amantiſſimū. Hoc noctes ac dies precare, vt ſcilicet te regat, ac gubernet, ſui amore & ſtudio inflammet, et ab omni peccato perpe-

tuo inuidiatū purum; conseruet. Huius præ-
 terea libelli lectioni te da, eaq; crebro animo
 tracta, quæ in eo complexi sumus. Ea . n. nos
 perscripsisse arbitramur, quæ neminē nō, quā
 tūius huiusmodi res suspiciat atq; admiretur:
 eas; studiosissime consecetur, mollire, frā-
 gere, & ad pietatem honestatemq; colendam
 valeāt traducere. Fruere igitur o vir christi-
 ane nostra hac opera et labore, ac pro nobis qui
 tibi hæc ad pietatem incitamenta præbuimus
 Christum opt. Max. deprecare. Verum &
 huic quidem quinta libelli huius parti, & vni-
 uerso suscepti operis argumento a nobis factū
 erit satis, si formam precandi eam adiunxe-
 rimus: qua quis vti debeat, ad postulandā im-
 petrandamq; mutui amoris cum deo felicissi-
 mam ac suauissimam coniunctionem, qua ni-
 hil homini optabilius, nihilq; antiquius esse de-
 bet. Tota siquidem creaturæ eius quæ ra-
 tionis est particeps felicitas in eo posita est,
 vt deo suo a quo edita & suscepta est in lu-
 cem, sanctissimo charitatis, ac sanctissime
 necessi

DE DILIGENDO DEO

*necessitudinis vinculo coniungatur. Quocir-
 catibi rectissime cōsulueris, si hac, quam sub
 iuaximus, precatōne sepiissime vsus fueris.
 Neq; n. dubito, quia si ad hunc modū numen
 diuinum crebro fueris deprecatus, voti cōpos
 diuina beneficentia ac clementia fias, remq;
 omnium pretiosissimam ac praestantissimā,
 dei scilicet charitatē & amorem consequaris.*

**AD POSTULANDAM, IMPE-
 trandamq; mutui amoris cum deo con-
 iunctionem pia admodum precatio.**



S V M M E praeptes, altissime,
 maxime, incomprehēse, optime
 beneficentissime, hominūq; a-
 nantissime & cupidissime de-
 us, qui et tu immensus, excelsus, praeptens, te
 q; solo sis beatus, nulliusq; alterius indigeas,
 neq; tibi ex aliquo possit aliquid gloriæ, quietis
 aut voluptatis accedere, te tamen ab ea creatu-
 ra, quam rationis & intelligentiæ compotem
 fabri

PRECATIO Fo. CIII

fabricasti, ad tuiq; similitudinem & imagi
 ne effinxisti, diligi, coli, suspiciq; voluisti. Est
 siquidem nobis abste imperatum, ac diligentis Deuter
 sime præceptum, ut te dominum, ac deum nos vi.
 trum toto corde, tota anima: tota mente, ac to
 tis viribus diligamus. Quibus quidem verbis
 apertiissime declarasti domine et Deus noster,
 hominem quẽ creasti debere se tibi totum dede
 re ac dicare, ita scilicet ut te solum animo ac
 cogitatione complectatur, te solum amore &
 studio prosequatur, tui solius desiderio ac cupi
 ditate teneatur, ac quãtum animi ac corporis
 viribus consequi potest, id ad tui solius cultum,
 & observantiam, laudem ac prædicationem
 cõferat, nihilq; te tuaq; amicitia & gratia an
 tiquius ducat. Aequissimum .n. ac maxime
 consentaneum est, ut tibi omnia reddat a quo
 omnia accepit, te solum procreatorem & ef
 fectorem sui diligat, te solum suspiciat & ad
 miretur, potentissimũ, ac summa religione
 venerationeq; colendum numem. Tuo igitur
 hortatu ac iussione impulsus, tuo præterea in

PRECATIO

timētū afflatuq; concitatus, maximis et innum
 merabilibus tuis in me beneficiis provocatus, in
 credibili tui amādi, colēdiq; cupiditate flagro,
 cupio tecū arctissimo sanctissimi amoris vin
 culo conglutinari ac constringi, quod nulla
 unquam siue prosperæ, siue aduersæ res
 valeāt dissoluere. Clementiss. beneficēss. ac
 dulcissime Iesu, reuoca et abstrahē vi tua potē
 tissima terrenū animum meū ab earum rerū
 omniū quæ aspectu sentiuntur, quasue amen
 tes insipientesq; mortales appetunt et āplectū
 tur, cogitatione: adq; tui cœlestiumq; rerū cō
 templationē excita, earumq; studio, & cupidi
 tate vehementer accende. Desige ô suauissi
 me Iesu in visceribus meis igneū amoris tui
 telum, mentem meā cœlesti quadā voluptate
 ac suauitate perfunde, vt mihi omnia terrena
 desipiāt, sapiant vero sola cœlestia. Tribue ser
 uo tuo hoc beneficiū, vt te ita diligat et āplec
 tatur, vt vniuersa, honores inquā, gloriā, im
 peria, copias, splendorem, apparatus, voluptates
 delicias, robur corporis, rerū scientiā & cogni
 tionē

PRÆCATIO Fo. CIIII

tionē ac deniq; omne illud quod non es ipse, suo
 ergate amore et charitate postabeat: teq; uni
 uersis rebus anteponat. Quid. n. mirum si te
 homo cunctis rebus anferat, quandoquidē si te
 amauerit, tuaq; præsentia potitus aliquando
 fuerit, omnibus sit bonis ornandus atq; cumu
 landus? coetera vero omnia si fuerit consecu
 tus, te vero non habuerit charissimum, sumo
 sit incommodo & calamitate afficiendus, ex
 tremaq; ei sit inopia & egestate perpetuo con
 flictandum: tu solus domine Iesu, tu solus si
 tim animi explere, eiusq; insatiabilem cupidi
 tatem potes satiare: quandoquidem nihil te
 maius & præstantius, nihil amabilius & op
 tabilius, nihil deniq; beatius esse potest. Dili
 gam igitur te domine, robur meum singula
 re, diligā te, in te vno spes omnes meas colocē,
 cogitationes, curas, ac sollicitudines, deponam.
 Effice vt cœlesti præsidio munitus, viq; poten
 tissimi & ardentissimi amoris tui confirma
 tus, omne illud superem atq; vincam: quod
 valet animū tibi coniunctum abste tuaq; ami

PRECATIO

& coniunctionem distrahere ac diuellere: ut
 scilicet neq; aduersis frangar, neq; ad volun-
 tatem fluentibus rebus effeuar, neq; prauis ap-
 petitionibus, & auersis a ratione motibus in-
 quam obtemperē. Dominetur in animā ratio,
 ac charitas diuini numinis tui: eaq; fiat, ut in-
 festissimos nefarij ac capitalis hostis impetus
 reprimam, ignea tela retundam, admotas libi-
 dinum fascēs, amore tui inflammatus restin-
 guam. Hoc beneficium si mihi prestiteris, fi-
 er, ut solutus vinculis omnibus & compedibus
 (sunt. n. peccata & aegritudines animi compe-
 des quidam, quibus animus constringitur: et
 a te diligendo prohibetur) tibi vni adharescā
 & cumq; arētissimo charitatis & necessitu-
 dinis vinculo astringar. Sed confiteor domine
 & agnosco vilitatem & humilitatem meā
 fateor me indignum esse quem diligas, & tibiq;
 coniungas: sed tu ô Pater, ô fili, ô spiritus san-
 cte dignissimus es qui a nobis diligaris & co-
 laris, quos tam ardentē ab omni aeternitate
 dilexisti, quos tam amantē per te restitutos

ac conseruatos esse uoluiti, quos innumerabili
 bus beneficiis ornasti, quos deniq; eterno euo
 fruendo ex eternitate destinaſti. Sed quid à no
 bis aio? immo uero ab omni creatura, siquidē
 in omni natura abſte creat a bonitatis & bene
 ficentia tua ſingulare ſpecimē elucet. Omnis
 igitur creatura te ueneretur domine, & psal
 mum concinat numini tuo auḡuſtiſſimo, im
 primis tamen nos ipſi domine Ieſu qui inſini
 to ſanguinis tui pretio e ſeruitute duriffima
 ſumus redempti, te laudemus, te celebremus,
 teq; ardentiffime et ſanctiffime ueneremur.
 Dignus es enim ô agne qui occiſus es, accipere
 laudem, gloriam, honorem, & commendatio
 nem ab omni creatura, ne dum a nobis pro qui
 bus interfectus & immolatus es. Diligā igi
 tur te o clementiffime ac ſuauiſſime Ieſu ac
 totis uifceribus complectar, nihil in uita te ip
 ſo charius habeam, te interim dum uita ſuppe
 tit fruam, quo merear, aliquando in coelitu
 domicilio collocatus, & ad Angelorū priorūq;
 omnium cœtum admiſſus, in ſuauiſſima pul
 o cherrimi

PRECATIO


cherrimi nimiumq; venerandi ac reuerendi
numinis tui contemplatione conquiescere, teq;
cum omnibus electis tuis, sempiternis se-
culorum etatibus, laudare, suspice-
re, atq; admirari. Id quod mihi
singularis tua bonitas et cle-
mētia concedat, Christe
colende nimium
¶ amāde.

GRATIARVM ACTIO

PER QVAM PRAEPRO QUANTITATE

AD PRAESENTIA QVAE CONSERVANTUR DEO QVIA

DEUS QVAE PRAESENTIA QVAE CONSERVANTUR DEO QVIA



GRATIARVM

GRATIARVM ACTIO
PER QVAMPIA, PRO OMNIBVS
tam priuatis quã generalibus Dei op. Max.
beneficijs : qua virum quemq; christia
num singulis hebdomadis (nisi tur
pissimam ingrati animi notã
subire vult) vti decet.

DIE Lunæ pro beneficijs priuatis grãtis
agende sunt deo ad hunc modum.



GOTIBI GRATIAS
o sũma ac sēpiterna trinitas,
quod me cum non essem ex ni
hilo procreasti: et in ijs quæ sũt
numerandum Putasti.

Ago tibi gratias summas & immortales
o beata trinitas, quod me non rationis expertũ,
sed tui similem, hoc est, mentis compotem fa
bricatus es: mihiq; tui agnoscendi, diligendi,
fruendiq; facultatem tribuisti.

Ago tibi gratias quod me matris vtero inclusum incolumem conseruasti, & in lucem hanc mortalem suscepisti.

Ago tibi gratias trinitas augustissima, quod mihi omnia naturæ ornamenta tribuisti, ingenium scilicet acre & acutum, memoriæ capacem, eloquendi vim, corpus præterea sanum, valens, ac robustum, omnibus naturæ facultatibus instructum & ornatum.

Ago tibi ingentes gratias summe ac præpotens deus, quod me ab ijs parentibus susceptum ac progenitum esse voluisti, qui christianam pietatem colerent, quorum opera ac studio factum est, ut sacro baptismo abluerer, & decretis ac præceptis sanctissime religionis imbuerer.

Ago tibi gratias domine quam maximas quod mihi a primo ortu custodiendo, ac seruando Angelum tuum sanctum præfecisti.

Ago tibi gratias domine, quod me exter

GRATIARVM

nis cumulasti, ac fortune praesidijs, copiis in
quã honoribus, potentia, & gratia munuisti.

Agotibi praeterea gratias, quod me in om
ni vita texisti, pauisti, atq; sustentasti: multis
periculis capiti meo intactis eripuisti, grauissi
mis cum mentis tum corporis morbis liberaſti
ſpatium; mihi ad reſipiſcendum, iuſtitiamq;
colendam dedisti.

Agotibi gratias immortales o clementiſſi
me hominumq; amantiſſime Deus, quod me
multis & magnis ſceleribus obligatum non
reſpuiſti aſpernatusue es, quin potius in turpiſ
ſimo ac nefario peccandi ſtudio ac propoſito of
firmatum molliuisti, & ad venerationẽ ſanc
tiſſimi numinis tui, & pietatis iuſtitiaq; cul
tum reuocaſti.

Agotibi gratias domine, quod me ad te
ce poſtliminio redeuntẽ obuys vlnis excepisti,
amantiſſimeq; aplexatus es, omniaq; errata
mihi ſingulari clementia condonaſti.

ago tibi gratias clementissime deus, quod me sepius ab officio discedentem, diuina humanaq; iura violantem, ac scelera sceleribus cumulante, patientissime semper tolerasti: moxq; ad te reditū diutissime expectasti.

Agotibi gratias domine quāto possum animi ardore & affectu, quod me tā tui colendi studio inflammasti, ut tua causa tuiq; charitate, res humanas omnes contēpserim, & ad persequendā monasticā vitā conuolauerim.

Agotibi gratias domine, quod me in ijs habendum numerandūq; duxisti, qui tibi sunt a sacris faciendis.

PRO communibus beneficiis gratiarū
actio

DIE MARTHIS.

Agotibi gratias summe ac beneficentissime Deus, quod vniuersa quę vel animo, vel oculis cernuntur, hominum tuendorū ac conseruandorum gratia creasti: quodq;

GRATIARVM

ea potentissima diuinitatis tuæ vine corrūde
ac præcipitent, fulcis ac sustentas, & ad salu
tem animantium singulari cum bonitate, tui
sapiencia administras.

Ago tibi gratias optime, ac clementissime
deus, quod nobis perditis, afflictis, ac prostratis
filium tuum vnicum, tibi gloria, dignitate, vi
potentia, ac dominatu parem, liberatorem, di
cem, ac vitæ doctorem, magistrumq; dedisti.

Ago tibi summas & immortales gratias
Christe humane generis conseruator optime
& maxime, virginæ dei fili, expressaq; pa
tris imago, verbumq; potentissimum, quo ef
fecta ac fabricata sunt omnia, cuius etiã præ
potenti vi eadem conseruantur, ago inquam
tibi ingentes gratias, quod generis humani li
berandi, & in pristinum honoris & dignitatis
gradum restituendi gratia, non dubitasti e cel
sissimo diuinitatis tuæ solio descendere, vtero
q; præstantissima et integerrima virginis te
met

met, quem cœli capere non valent, includere, humanamq; naturã ad augustissimi numinis tui hypostasim adsummere atq; adiungere.

Ago tibi gratias o clementissime hominũq; amantiſſime Ieſu, quod noſtra cauſa in ſanctiſſimo ac caſtiſſimo Mariæ Virginis Vtero, quaſi in horto amoeniſſimo omnibusq; deliciis refertiſſimo, nouem meſes delituiſti: quo meſium excuſſo ſpatio, tandem in Bethleem Vrbe, vt erat olim a Michea Vate prædictum, in lucem ſuſceptus edituſq; es, inq; præſepi cũ in diuerſorio tibi, o rex & effector vniuerſitatis, locus non eſſet relictus, reſoſitus, & panis coopertus.

Laudo te ac Veneror ô clementiſſime Ieſu, quem in inſimo & abiectiſſimo loco recumbentem, & infantium more vagitus edentem, ille Angelorum præſtantiſſimæ mentes ſummum reſtorem, opificem, ac dominum vniuerſi eſſe agnoſcentes, auguſtiſſime veneratæ ſunt, ac natalem tuum diem incredibili gau-

GRATIARVM

gaudio, plausuq; ac miris canticis & hymnis
concelebrarunt.

Laudo te Iesu optime ac beneficentissime,
quem et si infantulum, vagientem, ac frigore
afflictum, deum tamen, humaniq; generis cō
seruatorem sanctissima mater esse credidit:
tibiq; honorem deo debitum, sūma obseruātia
ac religione deculit.

Ago tibi gratias optime ac clemētiss. Iesu,
quod in eū te vitæ statū amore hominū addu
cipassus es, vt lacte virgineo, quo vitā infan
tulus sustentares, tibi opus esset.

Ago tibi gratias o prepotens Christe qui
rusticos homines, ouium boumq; custodes, ad se
querendum, ac sanctissime venerandum an
gelico nuncio excitasti: ac matrem integram
& inuiolatam perpetuo conseruasti.

Ago tibi gratias o beneficentissime Iesu
quod nostra causa cum solutus legibus esses,
te legi Moſæ obtemperantem præbuiſti, ac cir

circumcisionem perferre voluisti.

Ago tibi gratias o rex regum Iesu Chri-
ste qui te gentibus in summa tui ignoratione
versantibus agnoscendū, colendumq; præbuis-
ti, quarum primordia ac veluti præcurrentia
Magos scilicet, ostensa clarissima stella, ad te
venerandum ab oriente exciuvisti: qui prælatū
sibi diuinitus lumen secuti, adq; eum locum in
quo manebas delati, ad tuos se pedes incredibili
summissione animi, & inexplicabili lætitia
prostrauerūt, tibiq; delatis muneribus, honores
diuinos tribuerunt.

Ago tibi gratias o clementissime Iesu,
quod te, confecto quadraginta dierum spatio,
a sanctissimis parentibus ad templum deferri
ac Patri tuo cœlesti, vt erat Mose legibus
sancitum, sisti voluisti: quemq; Symeon se-
nex deo coniunctissimus, tuiq; videndi diu-
turno iam, ac nimio desiderio confectus,
obuijs vlnis excepit, ingentiq; gaudio elatus

GRATIARVM

magnifice celebrauit.

Ago tibi gratias o Christe potētissime, cui et si nullus hominum quantumuis potens & immanis nocere aut resistere valeret: attamen infirmi imbecilliq; infācis forma, nostra causa suscepta: Herodis crudelissimi & immanissimi tyranni, mortem tibi ac perniciem molientis, odium & inuidiam tibi declinandā effugiendamq; putasti. Quare in Aegyptū profugiens, vitam illic inopem & obscuram annis aliquot egisti. Quare quantum nos diligeres apertissime declarasti: quia cum omnibus copiis abundares, vniuersaq; quæ cœli complexu coercentur in ditione ac dominatu tene res, omnibus ijs tamen te ad tempus dispoliatū ac destitutum esse voluisti, vt nos tua hac paupertate ditares, hoc est, ad regnū cœleste sempiternis bonis cumulandos traduceres.

Ago tibi gratias o suauissime Iesu, qui et si rerum omnium dominus ac moderator, ho
minis

ACTIO Fo. CXI

minum Angelorumq; imperator esses: tam
te tamen nostra causa depresisti, ut te homi-
nibus, hoc est, sanctissimis parentibus subiece-
ris, obedientemq; præbueris, ac præterea cor-
conuictu ad trigesimum vsq; ætatis annum
vsus, intraq; priuatos parietes, ceu stella fulgē-
tissima delitescens, vitam tuam summo hono-
re ac veneratione dignissimam, victu eo quē
illi quotidiano labore parauerant, propagaue-
ris.

DIE MERCVRII.

A Go tibi gratias o Christe humani gene-
ris liberator, quod trigesimo anno æta-
tis tuæ, cum iam instaret illud tēpus, quod erat
patefaciendæ, atq; in vulgus indicandæ poten-
tiæ diuinitatis tuæ diuinitus præfinitum, ad
Iordannem, a Ioanne viro vitæ sanctimonia
ac doctrina præstantissimo, eodemq; præcur-
sore tuo, & maximorum ornamentorum tu-
orum præcone, abluendus conuolasti: quoquidē
inviolati corporis tui appulsu, aquam baptis-
mo

mo consecrasti.

Ago tibi gratias o Christe vniuersa dei fili qui simulatq; ablutus a Ioanne, & a patre & spiritu sancto qualis quantusue esses, omnibus qui tunc aderant es demonstratus, in incultum, remotumq; a frequentia hominum locum, diuini spiritus instinctu & impulsu, te abdidiisti: illicq; x x x x diebus commoratus, & corpus tuum delicatissimum incredibili inedia afflixisti, & peccata hominum, quae tuo sanguine delenda & expianda erant, acerbissime deplorasti.

Ago tibi gratias o Christe potentissime, quod infestissimi illius ac capitalis humani generis hostis vires debilitasti ac fregisti, nobisq; tua victoria cum animam ad committendum cum eo praelium dedisti: armaq; suppeditasti, tum eius superandi spem non dubiam attulisti

Ago tibi gratias o Iesu clementissime, quod cum arderes humanae salutis desiderio, cum homi-

ACTIO Po. CXII

nibus tres annos coniunctissime, & humanissime versatus, eos ad rerum externarum despicientiam, atq; adeo ad colenda conservandaq; omnia virtutū munera et officia diuinis plane verbis in dies singulos es cohortatus: quo factū est, ut alij in tui colendi: ac sequendi studiū sint incitati, alij contra, superbi, quidē & arrogantes, abste sint vehementer abalienati.

Agotibi gratias omansuetissime, ac malorum tolerantissime Iesu, qui etsi ab hominibus sibi praesidentibus, & opinionibus inflatis, diuinaq; tua praecpta, ac monita saluaria aspernantibus, multis vexareris contumelijs, piissimis iniurijs afficereris, non tamen inducere animū potuisti, ut erudire populū, ad humanitatēq; informare, mortos depellere, eosq; qui diris furijs exagitabantur, sanare intermitteres, imo vero eos ipsos quite ardenti odio persequerentur, ac turpissimis conuiuijs lacerabant conservare summo studio cupiens, varijs eos modis ad resipiscendum adhortaberis.

GRATIAM

Ago tibi gratias o clementissime hominū
 q; amantiſſime Ieſu, quod homines nefarijs
 ſceleribus contaminatos ad miſericordiam tu
 am confugientes, non modo non reſpiſti in
 quam, ſed humanitate, clementia, & charita
 te ſingulari complexus: & morbis, quibus im
 plicati tenebantur liberaſti, & in gratiam a
 micitiāq; tuam quam humaniſſime recepſi
 ti. Cui rei indicio ſunt Maria Magdalena in
 temperans laſciuaq; mulier, & Matheus ſor
 didi quaſtus ac lucri cupidus, quibus non ſolū
 errata cōdonāſti, verū etiam eos in intimis fa
 miliaribus, & amicis tuis habendos numeran
 dosq; duxiſti.

Ago tibi gratias o chriſte rex agneq; mi
 ſiſſime, quod impendente iam tuæ immolatio
 nis tēpore Hieroſolymorum urbem, ſeptus ho
 norifico Apoſtolorum comitatu, ac maxima
 puerorum tuas laudes predicantium celebrā
 tiumq; acclamatione & applauſu, a ſello inue
 ſtus es.

DIE IOVIS

Ago tibi maximas, & immortaleis gratias ô Christe nostri cupidissime, & amantissime, qui pridie quam ex hominibus acerbissimo cruciatu confectus demigrares: coenam tibi ultimam cum discipulis tuis faciendam putasti, ut in ea videlicet cœna tuæ erga eos ac cœteros mortales omnes ardentissima charitatis illustrissima signa dares. Tria autem fuerunt eximij amoris tui ea cœna data documenta. Nam principio, immolato iam iuxta Hebræorum consuetudinem paschali Agno, ad discipulorum pedes te prostravisti, eosq; singulari animi demissione lauisti. Quod ipsum singularis, & inaudite summissionis tuæ factum et exemplum ad imitandum illis suavissima cohortatione proposuisti. Deinde corpus tuum sanctissimū ipsis et sanguinem preciosissimum, quorum alterum panis, alterum vero vini forma & specie contexeras, ipsis liberalissime impertisti, idq; sacramentum cum earum rerum omnium quas rostrer

GRATIARVM

causa gessisti monumentū sempiternum, tū
 immortalis vitæ pignus ac veluti obsidem es
 se voluisti. Eos præterea ad charitatis mune
 ra & officia colenda, ac patientiam animiq;
 magnitudinem in rebus aduersis, tēporibusq;
 difficilimis præstandam, conseruandāq; melli
 tissimis verbis es cohortatus, iacentes certissi
 ma doni diuini primo quoq; tempore tribuen
 di sp̄i proposita excitasti, ac tuo discessu moe
 rentes multis es consolatus. Postremo vero di
 uina illa cōcione habita, sublati in cœlum oeu
 lis, Augustissimo coelestis patris tui numini,
 & pro gloria tua augenda, cultuq; christiane
 religionis propagando & pro discipulis, quos
 charos habebas, omni in commodo, periculo, et
 calamitate prohibēdis, preces adhibuisti: egres
 susq; a domo ad montem oliuarum commitan
 tibus discipulis ire perrexisti.

O dulcissime ac mihi charissime Iesu, quas
 tibi agam gratias pro eo terrore ac moerore,
 quo te impendente grauissima ac turbulētissi
 ma cruciamenti tui tempestate, affici nostra
 causa

causa voluisti? Etenim tanta animum tuum
tristitia, tantusq; angor oppressit, ut in vita
discrimen prorsus veneris: ac nisi tibi & diui-
nitas animum dedisset, & cœlestis pater opẽ,
demisso e cœlo Angelo qui te consolaretur, ac
bono animo esse iuberet, attulisset: animã pro-
pmodũ efflasset. Manasti quippe totus sudo-
re sanguineo, præ angore animi eo, quem tibi
tormentorum eorum quibus acerbissime ex-
cruciandus iam iam eras, præsentio inuexit.
Quod si cruciatus eos, qui tibi a iudeis compa-
rati erant, animo prospiciens, tanto es angore,
ac tristitia confectus: quanto te horrore per-
sum, quantaq; doloris acerbitate affectũ fuis-
se credendum est, cum eos corpore tuo nimĩũ
delicato excepisti, ac sustinuisti?

O christe suauissime, quas tibi agam gratias
pro ea charitate, qua inflammatus omnem ti-
bi aduersariorum tuorum impetum sustinen-
dum, omniaq; supplicia nostri liberandi ac cõ-
seruandi gratia perferenda putasti? Etenim

GRATIARVM

diuinitatis tuæ vi ac cœlesti nuncio confirma-
 tus, aduentantibus hostibus, tibiq; necem et
 perniciem intentantibus, obuiam processisti:
 quos tamen vocis tuæ vi quadam diuina exter-
 ruisti, & exanimatos solo prostrasti. Nam
 cum te eum esse, cuius capiendi ac comprehe-
 dendi gratia illi armati venissent, significa-
 sses, continuo metu exanimati, delapsis de
 manu telis, corruerunt. Verum facta illis abs-
 te et consurgendi, & tuiprehendendi potestate
 inuadunt in te quasi leones truces & imma-
 nes, impellunt, affligunt, et prosternunt, stra-
 tumq; humi trahunt, proterunt, atq; concul-
 cant. Catenam deinde, ut fertur, tibi inyciunt
 ac constrictum magno cum strepitu, et ingēti
 absonaq; vociferatione ad hospitium Annæ
 pertrahunt. Illa porro hora o agne mitissime
 ab omni humano præsidio atq; ope desertus
 fuisti, namq; discipuli tui, quite desertum
 nunquã se esse passuros fuerant polliciti, terro-
 re hostium perculsi et exanimati te, proh dolor
 dereliquerunt, et huc atq; illuc diffugerunt.

O Christe unigena Dei fili, effector orbis ac moderator, quas tibi agam gratias pro insigni illa iniuria, quam in conspectu ac presentia annæ pontificis, accepisti? Nam cum scelerato pontifici de doctrina ac discipulis tuis te rogati, modestissime respondiſses: vnus exijs qui circumstabant satellitibus, isq; ate non multo ante singulari beneficio affectus, diuinæ genæ tuæ omni religione venerandæ, alapam inflixit. Quo te nostra causa demisiſti Christe Dei fili, et imperator angelorum? quo te adigit atq; compulit nostri charitas? ita ne genam tuam sanctissimam, a satellite omni flagitio cooperto, tam grauter tamq; iniuriose cædi percutiq; passus es?

Raperis deinde o christe clementissime, & abduceris ad Caypham sacerdotum principem, ad quæ iudei opprimendi, ac circumueniendi tui causa frequentes conuenerant. Iam vero quas tibi agam gratias, pro grauissimis illis iniurijs ac contumelijs, quibus apud Caypham

p ij hom

GRATIARVM

hominem tui odio ardērem acerbissime appeti-
tus et vexatus es? Nam cū falsis criminibus
oneratus, reus capitis innocens esses iudicatus,
omnes certatim in te inuolāt, & inueteratum
diuq; medulis inclusum odium subito profun-
dunt: teq; ad multam vsq; noctem grauer
torquent, & excruciant. Deinde te in infimū
domus conclaue, vinctum cathenis contrudi
ac compingi iubent, illicq; a satellitibus ad ma-
neusq; a seruari, a quibus & ipse iniuriosissi-
me tractatus es.

DIE VENERIS.

AT vbi diluxit, subito te aduersarij tui ira
& odio inflammati, ceu agnum lupi circums-
tant: teq; grauer afflictum, cathenisq; colli-
gatum, ad Pilatum prouincie præfectum ad-
ducunt, apud quem multa tibi eaq; falsa cri-
mina obiectant, quasi nefario, & seditioso ci-
ui, hostiq; reipub. At Pilatus cum te Galileū
esse comperisset, ac proinde ad iurisdictionem

Herodis

Herodis, qui tunc Galileam in ditione tenebat, pertipere, ad Herodem te amandandum ac remittendum existimavit, quo scilicet ille de ijs, quæ tibi Iudæis oblatæ essent, criminationibus iudicaret, cognosceret, & statueret. Sed quas tibi hoc loco agam gratias o Christe innocentissime, pro amore illo tuo in homines singulari: quo effectum est, ut præclaram hominibus de te existimationem amittere ad quoddam tempus non dubitares, dum scilicet in iudicium tamquam impurus aliquis homo & multis sceleribus contaminatus vocareris, ac cunctis, quibus & insignis cuiusdam sanctitatis, & diuinitatis etiam opinionem admirabilibus factis attuleras, spectantibus, huc & illuc magna cum ignominia vincetus rapereris? Quid est bona & præclara fama antiquius? quid tam horrent homines quam foedissime turpitudinis notam, dedecus, & infamiam? At tu o vnigena dei fili, tam nos dilexisti, ut nostra causa, eripi tibi bonam famam, contra vero infamia inferri patereris.

GRATIARVM

Sisteris itaq; Herodi o Iesu regum do-
 mine, isq; te sibi præter expectationem
 exhibito, gaudio exultauit. Erat. n. in incredi-
 bili tui videndi, virtutis q; tuæ experiundæ de-
 syderio. Cum ergo te aduersarij tui, in præsen-
 tia Herodis, multis per calumniam crimini-
 bus onerassent: Herodesq; ipse abste, vt sig-
 num aliquod insignis illius omniūq; sermone
 celebratæ virtutis tuæ dares contendisset: ipse
 ea animi moderatione ac summissione fuisti,
 vt neq; oblatas criminationes depuleris, neq;
 impurissimi et superbissimi regis studio &
 cupiditati inseruieris, quippe quem sciebas curi-
 o, itate quadã potius, quã agnoscendæ veræ di-
 uinitatis studio, miraculum abste aliquod eli-
 cere concupisse. Cum itaq; summa, & inau-
 dita taciturnitate vtereris, neq; Herodis vo-
 luntati essec obsecutus, inuolant continuo in te
 omnes, qui Herodem circumstabant milites
 & varijs modis illudunt. Ad extremum, ve-
 ste candida te ceu insanum aliquem et amētē
 per derisionem induunt, sicq; multis probris
 affectū

affectum, plurimis tactatum iniurijs, vesteq;
 candida indurum ad Pilatum remittunt.
 O Christe aeterna sapientia patris, fabricator
 orbis ac rector, ita te summum, & Augu-
 stissimum numen a rege insolentissimo, eiusq;
 militibus illudi, despiciatui, & ludibrio haberi
 passus es? Ago tibi gratias Christe sapientia
 patris, quod nostra causa non es grauatus stul-
 titiae, & amentiae opinionem, apud arrogan-
 tes et insolentes homines subire, ac quasi a me-
 tem, et stultum ludi probris: et contumelijs affici.

Reductus igitur ad Pilatum praesidem,
 cum grauiter ab aduersarijs tuis per su-
 mum odium & inuidiam premereris, ac fal-
 sis criminationibus, quasi venenatis qui-
 busdam telis, vita ac sanguis tuus peteretur
 obiecta crimina nullomodo diluisti, sed su-
 silentio usus, et innocentiam tuam iniquorum
 calumnijs circumuentam iudici probasti, et ad-
 uersarios tuos nolui, et maleuolentiae, quae illos
 in te inflammauerat sapientissime conuicisti.

Qua

Quare cum te innocentem Pilatus manife-
 stissimis rebus deprehendisset, teq; iudi-
 cio iniquo, quo oppressus per inuidiam eras, libe-
 rare vehementer cuperet, illisq; potesta-
 tem eligendi faceret, quem nam pro pa-
 tria religione, ac consuetudine iudicio ab-
 solutum vellent, Barrabam ne facinoro-
 sum ac seditiosum hominem, an Iesum
 Christum Nazarenum innocentem? At illi
 tuorum erga se innumerabilium beneficiorum
 immemores, miraculorum eorum, quae pluri-
 ma illis inspectantibus, eaq; certissima ac cla-
 rissima diuinitatis tue insignia, fecisses, pror-
 sus oblitus, Barrabam ut absoluat, te vero ut re-
 tineat, & in crucem tollat, ingenti vociferati-
 one postulant. O caelum, o terram, ita ne innocen-
 tia per odium & inuidiam ab iniquis opprimi-
 tur? ita ne diuina & humana iura temere vio-
 lantur? & equitatis ac iustitiae ratio peruertitur?
 Barrabas nullo non scelere ac flagitio in-
 quinatus, a quo otium & tranquillitas ciuita-
 tis latrocinijs & homicidijs fuerat perturbata.

absol

absoluitur: Iesus Nazarenus, cuius in patriam maxima & innumera beneficia extiterant, qui morbos corporis & animi depulerat, qui populum ad veram pietatem, & omne munus officii erudierat, alligatus tenebatur, & ad acerbissimæ crucis supplicium deponitur? O prolem viperarum, hæcine reddis, ac per, oluis domino deo tuo popule stulte & insipiens? Hanc gratiam refers conseruatori tui deo, qui te è durissima Pharaonis seruitute liberauit? qui te cœlesti pabulo quadraginta annis pavit? qui te columna nubis protexit? qui te omni calamitate & incommodo prohibuit, & ab omni hostium incurfione defendit? Gratias immortalis ago tibi Christe regum imperator, quod te mei charitate eo demisisti, & abiecisti, vt tibi homini sanctissimo, ipsorumq; hominum conseruatori, Barrabas sceleratissimus & homicida ita anteponeretur, vt illius vitæ ac saluti potius quam tuæ consultum iudei esse vellent.

Cum

GRATIARVM

Cum vero Pilatus in tui absoluendi sententia permaneret: indignum esse reputas et iniquum hominem cuius tam manifestis et apertis rebus innocentia conuicta esset, capitis supplicio damnari: volens ardentissimo eorum tui occidendi studio quo quomodo satisfacere, te satellitibus immanissimis verberibus afficiendum tradidit. At illi mandatum exequentes te continuo, detractis vestibus, ad palum alligant: corpori q; tuo sanctissimo ac delicatissimo innumerabiles, per summam crudelitatem & immanitatem, plagas imponunt, ac totum illud excarnificant. Ad hæc immanes illi ac barbari diaboli satellites, non satis habentes, quod te incredibili & inaudita feritate diritateq; excarnificassent: recens aliud cruciamentum adhibent, idq; cum summa suspiciendi ac venerandi numinis tui irrisione. Nam et purpuream vestem qua soli reges indui soliti sunt, tibi iniiciunt, coronam ex spinis incredibilem pungendi, & ad ima penetrandi vim habentibus confectam, contextamq; ca
piti

piti tuo verendo imponunt : ad extremum ad
 pedes tuos , quasi regiũ tibi honorẽ habere , at
 q; deferre vellẽt , prostrati , sanctissimum ca
 put arundine , quam pro sceptro manu tenebas
 pulsant ac feriunt : genas tuas speciosas et di
 uinas palmis cædunt , et teterrimis sputis cons
 pergunt . Heu , quam erat horrendum aspectu
 illud spectaculum , quam minime ferendum ,
 et indignum . Quis . n . non summo horrore et
 dolore fuisset affectus : cum cerneret dominũ
 moderatorem : et effectorem vniuersitatis ,
 amore sui , tam turpiter a feris , barbaris ,
 superbisq; hominibus illudi : tamq; immaniter
 cruciari ? Hæc dum cum animis nostris cogi
 tamus , incredibili horrore perfundimur , ne
 dum si conspicati eadem fuissetus . Gratias
 ago tibi o Christe humana salutis cupidissime
 quod poenas flagitiis nostris debitas ipse sustu
 leris , peccata nostra sanguine tuo pretioso ex
 piaueris , iratumq; nobis et insensum cœlestis
 patris animũ delicatissimi ac sanctissimi cor
 poris tui excarnificatione placaueris , et suspici

GRATIARVM

endi numinis tui irrisione, nos illusionem da-
monum prohibueris.

Itaque cum Pilatus tui liberandi studio ar-
deret, ac nihil non moliretur ac tentaret, quo
posset iudeorum animos, acerbis tui odio & in-
uidia flagrantibus, a suscepto tui occidendi consi-
lio reuocare: te grauius afflictum, multis pla-
gis ac vulneribus confectum, populo Hebræo-
rum pro foribus adstanti, conspiciendum &
spectandum exhibuit: quo saltem horrendo il-
lo excarnificati corporis tui aspectu, ferreos il-
lorum animos molliret, & ad lenitatem, mi-
sericordiam, humanitatemque traduceret.
At tantum absuit, ut feroces illi & im-
manes tui misericordia commouerentur &
frangerentur vlla, ut te e medio tolli, cons-
pectibus ipsorum eripi: morte, cruciatu, cru-
ce affici, omnes ad vnum maximis fuis-
clamoribus, deposcerent. Quod cum Pi-
latus facere recusaret, nefarium esse in-
quiens, & indignum, ut hominem inno-
centem

ACTIO Fo. .C. XVI

centem, ac dominum præterea & regem
 ipsorum, crucis supplicio mulctaret: inqui-
 unt malitia, & inuidia occæcati, se nul-
 lius alterius nisi Cæsaris ditone ac domina-
 tu teneri, neq; esse quod vereretur, illum
 capite damnare, qui sibi non regiam modo
 dignitatem, sed diuinitatem etiam per sum-
 mam insolentiam, ac contra Cæsaris decre-
 tum, arrogauerat: se vero ac posteros suos, cul-
 pam illam ac noxam libentissime præstaturus.
 Alioqui si id facere nollet, in Cæsaris cum odi-
 um, & offensionem grauissimam incur-
 surum. Tandem Pilatus partim Hebræis obse-
 quendi, partim inuidiæ, in quam se vocatū
 iri existimauerat, si te quem domina-
 tum sibi vendicare iudei fuerant crimina-
 ti, iudicio liberaret, declinandæ studio, te
 o agne mitissime, cuius integritatem, &
 innocentiam ab iniquorum calumnijs ad il-
 lam usq; horam defenderat, capite
 damnauit: cruciq; affigendum, ut ipse sūma

con

GRATIARVM

summa contentione postulauerat, censuit.
 O sacrilege, o nefarie, ac consceleratissime
 Pilate, itane inducere animum potuisti, ut
 hominē integerrimum, iniquorū calumnijs
 per inuidiam circumuentum, crucis supplicio
 necandū censes, atq; ut tibi parceres, inno-
 centem turpissimo iudicio condemnares? sed
 nequaquam tantum susceptum scelus abluen-
 dis manibus expiasti: dabis aliquando ô scelera-
 te ac facinorose Deo tam immanis sceleris pœ-
 nas, easq; grauissimas. Sed quas tibi agam
 gratias o Christe dei fili, a gne singulari man-
 suetudine et lenitate prædite, pro ea patientis
 ac taciturnitate quam semper dum in præsen-
 tia ac conspectu iudicis stares, conseruasti?
 proq; ea charitate, qua nostra flagitia dirissi-
 ma ac crudelissima mortis genere expiare, ac
 delere uoluisti? Potuit quidem uel minima
 pretiosi ac diuini sanguinis tui guttula pater-
 nae seueritati abunde satisfacere, atq; unuer-
 sa hominum peccata et delicta obliterare, attā-
 men visum est tibi faciendum, ut omnia ipse

sup

ACTIO Fo. C. XVII.

Supplicia perferres, quandoquidem et homines
omni sese flagitio ac scelere cõtaminauerant.

Lata ac pronũciata a Pilato iudice iniquis-
simo capitali illa sententia, sine vlla mora sa-
tellites immanissimi tibi vestem illam purpu-
ream, qua si eras per irrisionem vestitus, non
sine magno doloris cruciatu detrahũt: propri-
amq; tibi vestem induendam tradunt. Post, e-
mo crucem ingentis molis & ponderis, hume-
ris tuis ad Golgotha vsq; perferendam impo-
nunt. At tu agne mansuetissime, incredibili
nostri redimendi ac conseruandi studio ac cu-
piditate flagrans, confestim dicto audiens fuis-
ti: crucemq; illam summi ponderis humeris
sustulisti. Produceris itaq; crucem baiulans,
septus laniorum comitatu, ac summo cum stre-
pitu, & maximis satellitum & militum
vociferationibus. Cum vero summa cum festi-
natione eo, vbi cruci affigendus eras, raperere,
ac vires corporis tui, afflicti illius quidem &
defecti, tanto oneri perferendo minime pares
q esset

GRATIARVM

essent: fiebat interdum, vt sublato oneri succūberes: ac solo prostratus, heu, nimia satellitum immanitate traheris. O quam erat luctuosum, & horrendum aspectu illud spectaculū: o quantam tui misericordiam multis te spectantibus commouit. Id quod facile intelligi potest, ex lamentatione foeminarū earum, quæ te per viam illam difficilem vadentem magno cum fletu, gemitu, & eiulatu ad Golgotha vsq; sunt profecutæ. O vtinam o clementissime Iesu tibi, dum ad supplicium tam infestis aduersariorum tuorum animis traheris, occurrissem: profecto Simonis cyrenæi illius qui coactus à iudæis crucem tuam pertulit, partes mihi depoposcissem: teq; onere illo, quo grauius premebaris, releuasssem, lachrymas tibi ac sudorem, quo totus manabas, absterissem. Iam vero quid de matre tua sanctissima, tuiq; amantiſſima loquar? quo doloris cruciatu eam confectam fuisse dicam, cum te quē vnicum ediderat, quem ardētissime venerabatur, vehementer afflictū, illiusq; ingentis molis

molis

ACTIO Fo. C. XVIII

molis pondere atq; onere oppressum, sanguine conspersum, deformatum etiam, ac sudantem vidit: certe exanimata corruit, vixq; eius dolor, vlla adhibita consolatione potuit leniri atq; mitigari. Gratias igitur ago tibi o Iesu clementissime, quod peccata nostra tam lubenti tamq; nostri cupido & amanti animo humeris tuis imposita esse voluisti: quodq; pro ijs expiandis, ac funditus tollendis, tanto opere tibi laborandum ac sudandum existimasti.

Cum igitur ad summum Golgothæ motis magno cum tuo labore, sudore, ac fatigatione esset peruentum: nulla tibi o Christe clementissime a dolore ac cruciatu intermissio concessa est, nullumq; doloris, & lassitudinis leuamentum allatum: sed confestim acerbissimâ portione degustata, vestibus spoliaris & exueris & crucis palo incredibilem immanitate, ac diritate affigeris inq; altum sublatus, ac propositus, luctuosum ac triste tuis, gratum
qu u vero

GRATIARVM

vero ac ludicrum aduersarijs spectaculū præ
 bes. Iam vero quas tibi agam gratias o Iesu
 dulcissime, pro nimia illa doloris acerbitate
 quam pertulisti, cum lanæ ac satellites manus
 pedesq; tuos cruci suffigerent, compagesq; mē
 brorum tuorum ab Spiritu sancto conglutina
 tas, colligatasq; dissoluerent, & ingenti vi,
 & contentione distraherent? Totum si
 quidem corpus illud tuum sanctissimum di
 uulsum in cruce, dissolutum, dissipatumq;
 fuit, & immanissimis clavis, in manibus
 pedibusq; infixis, acerbissime, proh dolor,
 excruciatum. Cumq; tanta diritate & imma
 nitate torquereris, vocem vllam non edidisti,
 o agne mitissime, quæ conquestionis alicuius
 odij, iræue, & acerbitalis significationem da
 ret: sed summo silentio vsus, lachymans, & in
 credibili nostri charitate flagrans, te deo patri
 pro expiandis hominum peccatis, obtulisti: holo
 caustum pretiosissimum, odoriferum, & lon
 ge accepissimum.

Lauao te ac veneror o Christe hominum

aman

ACTIO Fo. .C.XIX.

amantissime, qui etiam cruci affixus, homines docere, atq; ad iustitiam instituere non destitisti. Nam ut quod praeceperas alijs, ipse exequeris: tantum absuit ut in eos a quibus excarnificatus, laceratus, dissipatus, cruciq; affixus fuisti: Nummis tui seueritate adhiberes, ac poenas doloris, ac lacerationis illius ab ipsis expeteres: ut contra patrem tuum coelestem ardentissime precareris, ut tantum in te admissum scelus ipsis condonaret, ac iustum debitumq; supplicium remitteret: asserens, eos ignoratione tuae celsitudinis, nefarium ac truculentum illud facinus suscepisse: ac proinde minus voluntario facinori veniam dari oportere? Quare docuisti, non esse nobis nostras iniurias per odium persequendas, ac poenas ab ijs, a quibus laesi sumus, repetendas: sed potius ijs facile condonandas, ac vota & preces deo, pro ipsorum salute, amantijs. adhibendas.

Gratias ago tibi o clementissime Iesu quod
nostra causa non acerbissimos ac conquistissimos
q iii mos

GRATIARVM

*mos cruciatus modo, verum etiam grauissi-
 mas iniurias sustinere voluisti. Nam dum cru-
 ci affixus ante omnium oculos penderes, innu-
 meris hinc inde conuitijs, probris, & contume-
 lijs, non ab ijs modo qui te in crucē sustulerūt,
 sed ab inimicis etiam tuis, & ab ijs qui te præ-
 tereuntes spectabāt, vexatus, laceratus, ac
 concisus es. Erat. n. aduersarijs tuis propositū
 non solum in te illudere, inq; calamitatem tuā
 illam insultare: verum etiam existimationē
 tuam ledere, ac famam obscurare.*

*Laudo te ac veneror o clementiss. ac muni-
 ficentissime Iesu, qui latronum alteri, (fui-
 siquidem, quo maior tibi nota turpitudinis in-
 ureretur, maiusq; dedecus & infamia infer-
 retur, duobus sceleratissimis latronibus medius
 interiectus) à quo nō multo ante fueras probris
 affectus, veniam erratorum suorū abste ex
 animo poscenti, teq; innocentem, verūq; deum
 & effectorem mundi, poenas scelerum, que
 humanum genus admiserat, pendētem, agnos-
 centi*

centi, idq; etiã cõsistenti, omnia veteris vitæ
 flagitia condonasti, eumq; ad eos qui te in vita
 religiosissime coluerunt, quosq; vitæ immor-
 talis luce iã iã donaturus eras, liberalissime ad-
 iunxisti. Quare cū bonitatis, beneficentiæ, mi-
 sericordiæ, clementiæq; infinitas et inexhaustas
 opes, ac diuitias ostentasti, & quasi in medio
 posuisti, tum nobis, si vere atq; ex animo pecca-
 torum omnium nostrorum quãtumuis imma-
 nium & atrocium nos poenituerit, quam cer-
 tissimam spem veniæ dedisti.

Laudo te ac veneror clementissime Iesu,
 qui matrem tuam integerrimam, tibiq; lon-
 ge charissimam, cruciatu summorum dolorũ
 afflictionis tuæ causa acerbissime confectam,
 inq; conspectu tuo stantem, teq; maternis ocu-
 lis intuentem, e cruce humanissime respexisti:
 eamq; custodiendam, tuendam, matrisq;
 loco ducendam, sanctissimo discipulo tuo Io-
 anni, qui tum etiam præsens aderat, quem
 q; in vita amore singulari fueras com-
 q iij plexus

GRATIARVM

complexus, commisisti. Quare dici nō potest
quam fuerit sanctissime matris dolor exulce-
ratus, quāq; incredibiliter auctus; quippe cui
tam dulci, tamq; omnibus modis amabili filio
orbarē, seruus loco filii datus ac suffectus sit.

Laudo te ac veneror Christe dei fili, qui cū
manibus ac pedibus cruci per summam dirita-
tem suffixis, toto corpore sauciato, diuulso, dis-
sipato, & excarnificato, grauissimos dolores
sustineres: omniq; humano præsidio, & o-
pe, consolatione etiam diuina destitutus esses,
ante oculos vero aduersariorum tuorum ad
omnem ignominiam, iniuriam, cōtumeliamq;
propositus: ingenti profuso clamore, patri tuo
cœlesti inauditam illam tuam omnium cru-
ciatum perpeffionem ad spectandum exposu-
isti, voce quasi queribanda quærens, qua nam
de causa te sic dereliquisset, nulloq; præsidio
munitum, ac rectam, contra tam infestos ad-
uersariorum tuorum impetus esse voluisset?

Ago tibi gratias o Iesu clementissime, ac
crucifixe

crucifixe, quod pro nobis conseruandis, proq;
 eluendis animorum nostrorum sordibus om-
 nem tuum sanguinem profudisti adeo, vt ex
 hausto ac plane defecto corpore, siti nimia cru-
 ciareris: idq; etiam verbo significares. At il-
 li solita feritate & immanitate in te vsi, non
 modo tibi aliquid non porrexerunt, quo arden-
 tem illam sitim lenire, ac palatum tantillum
 posses refrigerare: sed etiam amarissimo poti-
 onis genere te excruciarunt. Etenim acetum
 admisto felle tibi bibendum, & exhauriendū
 dederunt. Verum etsi vehementissima corpo-
 ris siti torquereris, multo tamen ardentiori li-
 berandorum animorum siti flagrabas. Eorū
 salutem ardentissime sitiebas, pro quibus
 in libertatem vindicandis, in tot te cruciatus
 dari passus fueras.

Laudo te ac veneror Christe dulcissime, a-
 nimis q; nostris charissime, qui cū omnia que
 de te multis ante temporibus prænunciata es-
 set, expleuisses, ad exitumq; perduxisses: ac

GRATIARVM

negotium tibi a patri tuo cœlesti datum summa diligentia confecisses, venissetq; illa iam hora, qua animam sanctissimam efflare, inq; cœlestis patris manus tradere decreueras: edito ingenti, horrendoq; clamore, maxima etiã vi lachrymarum profusa, demisso in alteram partem ac deflexo capite, animam deo reddidisti, mortẽq; pro nobis, heu, ingratis, flagitiosis ac consceleratis hominibus, quam acerbissimã appetisti. Cuius vtinam memoria perpetuo in animo meo inhaereat.

Gratias ago tibi o clementissime Iesu quod cum iam extremum vitæ spiritum edidisses, latus exanguis corporis tui hasta confodi & aperiri voluisti: quo & nobis ardentissime charitatis tuæ viscera patefaceres, ac quasi conspicienda exponeres, & aquam admistã sanguini, ad abluendas animorum maculas effunderes. E latere siquidem tuo sacramenta ecclesie manasse perhibentur: quorum vis omnis in depellendis animi morbis
posita

posita est.

DIE SABBATI.

CVM vero mortuus & exanguis in cru-
cis patibulo penderes, exprimi verbis vix
potest, quam acerbum matri, quæ te vix
diligebat, ac cæteris te colentibus dolorem in-
cusseris: quamq; triste & luctuosum specta-
culum præbueris. Intuebatur enim virgo il-
la præstantissima in corpus illud tuum, ab Spi-
ritu sancto olim mirabili ac prorsus diuino ar-
tificio fabricatum, & singulari pulchritudine
& venustate donatum: cumq; illud dissolu-
tum, dissipatum, innumerisq; plagis per-
summam crudelitatem confectum videret,
inconsolabilis doloris cruciatu angebatur. lachry-
mas profundebat, supplices ad cælum manus
tendebat, ac diuino patri tuo cruciatu omnes
tuos quã

GRATIARVM

quam sepiissime proponebat, deprecans placabilem se iam hominibus praeberet, quorum scelera virgēna eius filius tanta suppliciorū immanitate, ac diritate expiasset. Adhuc deum pro sepultura filij sui, incredibili demissione animi, precabatur. Cum vero haec mente tractaret virgo illa integerrima, ecce duo viri, ij q; sanctissimi ac discipuli tui affuerunt: qui tibi illud obsequium, quod sanctissima mater iam dudum requirebat ac desyderabat, quam officiosissime praestiterunt. Nam corpus tuū diuinum e cruce detraxerunt, aromatibus more Hebraeorum condierunt, & purissimo linteo obuolutum, multis ac maximis dulcissime matris, & omnium qui praesentes aderant, lamentis in sepulchrum recens e petra excissum, intulerunt. Postremo officio perficēti: festinanter in urbem redierunt.

Gratias ago tibi Christe regum domine,
quod, vt te vere mortuum esse demonstrares
in sepulchro triduo conquieuisisti: ac tuos in sū
ma

ACTIO Fo. .C. XXIII

ma orbitate ac solitudine reliquisti.

Gratias ago tibi Christe inuicte mortis imperator, quod simul ac animam efflasti, ad inferos descendisti: effractisq; foribus infernae domus, sanctorum patrum, qui te in vita augustissime venerati fuerant, quiq; tui aduentus diuturna & incredibili expectatione cruciati erant, animas e tenebris in lucem vocasti: diuinitatisq; tuae praesentia cum incredibiliter exhilarasti, tum beatas effecisti.

DIE DOMINICA.

Laudote o Christe regum domine, aedificator orbis potentissime, tibiq; gratias immortales ago, quod de morte, de infestissimo mundi Tyranno, deq; omnibus aduersariis tuis, a quibus fuisti per summum odium capite oppugnatus, gloriosissime triumphasti. Nam die tertia, potentissimam a diuinitatis tuae vi, immortalis, neq; amplius vnquam moriturus, eximia praeterea claritate, summa venustate &

GRATIARVM

tate & pulchritudine, vi etiam ac potestate
 præditus reuixisti. Etenim tibi a patre tuo cœ-
 lesti: totius tam terrestris quam cœlestis orbis
 imperium, mandatum ac delatum est. Qua-
 re septus Angelorum & Heroum honorifico
 comitatu, ad matrem tibi charissimã, in mœ-
 rore, luctu, & squallore iacentē, tuiq; è morte
 ad vitam reuocationem auidiſſime expectan-
 tem, adisti: illiq; iucundissima tua presentia,
 omnem mœrorem, ac dolorem exhaustiſti,
 lachrymas ac luctum abterſiſti, eiusq; ani-
 mum gaudio, voluptate, et lætitia incred. bili
 cumulaſti.

Iaudo te o Christe clementissime, tuiq;
 gratias ago. quod fœminis illis religiosissimis
 tuiq; obseruantissimis, quæ mortem tuam ge-
 mitu, & dolore incredibili fuerant lamentatæ
 quæq; tibi in vita operam, obsequium, studi-
 umq; suum nauauerant, visuses: easq;
 desideratissima illa tui visione, in gentigaudio
 compleuisti.

laudo

ACTIO Fo. .C. XXIII

Laudo te o Christe clementissime, ac tibi gratias ago, quod te discipulis tuis etiam, qui omnem prorsus tui videndi spem amiserant, non conspiciendum modo, sed tangendum etiam ac contrectandum praeuisti: ac quadraginta dies ipsis te saepe videndum exhibens, cum ijs colloquens, ac communi interdum mensa utens & resurrectionem tuam illis abunde probasti, & posteris nullum dubitandi locum reliquisti.

Laudo te ac veneror o Christe, summum & augustissimum numen, unigena patris supremi filii, & humani generis conservator maxime, qui quadragessima a suscitacione sanctissimi corporis tui die, stipatus magna cum Angelorum, tum etiam patrum quos ab inferis excitasti caterua, in coelum, ijs qui te diligebant contuentibus, ascendisti, summum deportans de morte, deque immanissimo seculi tyranno triumphum, inque altissimo diuinitatis solio collocatus, totius

GRATIARVM

totius globi supremi scilicet atq; infimi imperium obtinuisti, ab angelis & hominibus sempiternis seculorum aetatibus laudandus, celebrandus, ac suspiciendus.

Ago tibi gratias o munificentissime Iesu quod fidem, quam discipulis tuis caelestis muneris largiendi, spiritusq; sancti paraclitico caelo demittendi amandandiq; dedisti, decima ab admirabili tuo in caelum ascensu die, cum latissime liberaisti: eisq; spiritum tuum sanctum impertisti. Cuius quidem spiritus diuini afflatu, cum omnium rerum tam diuinarum quam humanarum scientiam ac cognitionem sunt consecuti: tum ad exantlandos, perferendosq; labores pro diuulgandis ac prodendis christianae pietatis & religionis decretis, & augenda numinis tui gloria, & ad subeunda quaeuis discrimina, sunt mirabiliter confirmati.

Ago tibi gratias o clementissime Iesu Christe quod

ACTIO Fo. C. XXV

te, quod virginem integerrimā inuio: atamq;
 Mariam, eandemq; matrem tuam tibi longe
 charissimam post aliquot ab ascensu, ac triump
 pho tuo annos, in caelum sustulisti: eamq; in cel
 sissima gloria, honoris, imperij, & dignitatis
 sede collocasti. ipsiq; nos miseros, in luctuoso
 hoc ac molesto vitæ exilio commorantes, ac
 multis periculis propensam vitam degentes,
 tuendos, ac potentissimo & gratiosissimo suo
 patrocinio iuuandos tradidisti.

Laudo te ac veneror Christe opt. Max.
 qui te iterum è caelo descensurum, non sum
 missum quidem, humilem & abiectum, sed
 florentem, magnaq; vi ac potestate præditum
 septem Angelis & Heroibus ad facienda
 de viuis ac vita sanctis iudicia, singulorūq;
 merita excutienda ac ponderanda recepis
 ti. Quo tempore impijs & consceleratis, ma
 leq; de te meritis hominibus, pœnas aeternas
 irrogabis, contra vero probis, optimeq; de te
 promeritis viris, præmia sempiterna tribu

DOMINICAE PÆCATIONIS

es. Nam ab eo die quo iudicia exercueris,
in caelum euecti: tecum, ac cum patre
tuo Augustissimo, et Spiritu san-
cto enim in caelo aget ducetq;
sempiternum. Quo vniã
nos per te frui mere-
amur.

A M E N.

DOMINICAE PRECA
TIONIS PARAPHRAS
TICA EXPLANATIO
EODEM AVTHORE
PATER NOSTER.



PATER SANC
tissime, augustissi
me, venerande, co
lende, atq; suspiciē
de: omniū quae sunt
parens, & effector
conseruator etiam
ac gubernator: at

hominum non ea re solum parens, quod eos e
nihil, ut caetera alia cum non essent condide
ris ac procreaueris, sed quia eos etiā tibi filios
summa & incredibili bonitate & beneficen
tia adoptaueris. Nam cum genus humanum
primum omniū satoris ac parentis vitio culpaq;
perditum, afflictum, prostratumq; iaceret:
neq; fieri vlla ratione posset ut humana

DOMINICAE PAECATIONIS

ope ac praesidio excitaretur, & ad eam, è qua
 fuerat deturbatus, dignitatis & honoris sedē
 reuocaretur: visū est tibi pater clementissime
 faciendum, ut unigenæ filio tuo, tibi vi, potes-
 tate, imperio, & dignitate pari, hominis perdi-
 ti ac profligati restituendi, atq; e durissima
 seruitute, qua premebatur, redimendi negoti-
 um dares. Quare augustissimū illud numen
 unigeniti filij tui, tempore huic tanto negotio
 obcundo abste ab omni æternitate præfinito, e
 caelo delapsū, uterose præstantissima &
 integerrima virginis inclusit: formam huma-
 nam suscepit, adq; hypostasim diuinam mira-
 biliter adiunxit, nosq; secum eiusdem omnino
 naturæ societate, ac fraternæ necessitudinis
 vinculo coniunxit. Deinde castissimo virgi-
 nis partu editus, ac mortalibus visus, eos cum
 ad cultum, venerationemq; sanctissimi numi-
 nis tui, tum ad summisionem animi, ac cæte-
 ra officij munera præceptis cælestibus institu-
 it. Ad extremum in crucem ceu insignis qui-
 dam latro sublatu, omnium delictorum &
 scelo

EXPLANATIO F. C. XXVI I

scelerum quæ homines admiserant, pœnas eas
 q; acerbissimas exolvit, nos in gratiam cum
 deo, pacem ac concordiam reduxit, aditum no
 bis ad vitam ac cœleste regnum aperuit, nosq;
 cum tui heredes, tum sui coheredes effecit. O
 celsam, ac præclaram hominum dignitatem:
 o certe fortunatum ac beatũ hominum genus
 quod est a dei filio ad pietatem informatum
 atq; institutum, & servitute durissima eius sã
 guine liberatum, & a te patre clementissimo
 ac cœlesti liberalissime adoptatum. Si quis piã
 infimo & obscuro loco natus, a rege adoptare
 tur: quo ille gaudere exultaret? Nunc vero cũ
 nos viles, abiecti, sordidi, & obscuri in familiã
 tuam o rex regũ immortalis, summe, ac præ
 potens asciti, atq; filius tuis numerati simus
 quo nos gaudio triumphare, quantumq; nobis
 blandiri decet de tanto honore ac dignitate, no
 bis abste singulari munificentia delata? Cum
 qua nos laurea? cum quo dominatu, et imperio
 tantũ honore conferemus? scilicet ea est huius
 honoris nobis abste liberalissime tributi ãplitu

DOMINICAE PREFATIONIS

do, ut nihil sit in rebus humanis tam excelsum
 tamq; altum & excellens, quod valeat cum
 eo comparari, tanta eius est magnitudo, ut ne
 q; cogitari quidem animo, nedum explicari
 dicendo possit. Quis.n. cum ad consideran-
 dam infimam naturae suae conditionem, contra
 vero numinis tui summam excellentiam atq;
 praestantiam animum retulerit, ad duci possit
 ut credat, se filium esse dei, ac fratrem virge-
 nae filij tui? Quid nam in nobis cerni ac perspi-
 ci potest, quod congruat cum altissimo hoc ho-
 noris & dignitatis gradu? Tu quidem coeles-
 tis, altissimus, maximus, potentissimus, immor-
 talis, omnis prorsus vicissitudinis & mutatio-
 nis expertus, nos vero terreni, humiles, abiecti,
 sordidi, imbecilli, caduci, commutabiles, sub va-
 rios casus, incommodaq; subiecti. Tu bonus, im-
 mo vero ipsa natura bonitatis & beneficentia,
 nos autem pessimi, & conscelerati, tu procrea-
 tor & fabricator omnium, at nos ea quae moli-
 tus ac fabricatus es. Quid igitur in nobis in-
 est, quod possit cum honore hoc amplissimo no-

bis à te dato conuenire? Sed sanus ne ego homo
 sū, qui aut pro merita nostra, aut naturæ cū
 hoc sūmo honore cōuenientiā requiro? Tua pa-
 ter sanctissime bonitate, et beneficētia, tua ad-
 uersus homines in credibili charitate factū est
 ut nos hominū ciones humili strati in celsissima
 hac honoris et dignitatis sede locaremur, et fra-
 ternæ necessitudinis vinculo cū unigena filio
 tuo coniuncti, eiusdē coheredes efficeremur.
 Hæc porro tuā in nos beneficētia, ut memori,
 grato, atq; animo complecteremur: tuus
 ille Apostolus Ioānes hortatus est, inquit, i. Ioā.
iii.
 videte qualē charitatē nobis dedit pater, ut fi-
 lij deo nminemur et simus. Idoc ipsū etiam in
 Euāgelio scriptū reliquit, eos scilicet qui Chris-
 tū filiū tibi charissimū coluissent, eiusq; sese le-
 gibus institutisq; obligassent, dignos, aptosq;
 effectos esse, qui filij eui fierēt, tecumq; in cœlo
 eunū agerent sempiternū. Huius etiā admira-
 bilis ac beatissime adoptionis, nos egregius apos-
 tolus tuus Paulus in epistolis multis in locis ad-
 monet. Quo maiori quidē certe ope atq; opera-
 r iij nobis

Ioā. i.

DOMINICAE PREFATIONIS

nobis enitendum est, ut tantam dignitatem
 tueamur, neq; committamus, ut a te patre ce-
 lesti degenerasse unquam videamur. Quis
 n. tam insolens, atq; intemperans, tamq; pro-
 iecte audacia & impudencie iuerit, qui cum
 meminerit se diuino sattu editum, ac frater-
 na cum dei filio necessitudine coniunctum, au-
 deat scelus aliquod suscipere, ac tanti generis
 claritati tenebras offundere? Hanc igitur ob-
 rem te a nobis iuitio precandi patrem appella-
 ri voluisti, ut tanti honoris, tantaeq; cum filio
 tuo necessitudinis & coniunctionis admoniti,
 cum augustiss. Numinis tui singulari amore
 incenderemur: tum ad studium conseruanda
 innocentiae, & colenda pietatis vehementer
 exardesceremus. Etenim filii sic affecti, & in-
 stituti ab ipsa natura sunt, ut parentes a qui-
 bus procreati procreatiq; sunt diligant, colant,
 & suspiciant, ab ijsq; sese reprehendi, obiurga-
 ri, ac corrigi non moleste ferant. Quo magis
 certe decet nos te opater sanctissime, a quo fa-
 cti ac suscepti in lucem sumus, a quo omnia ani-
mi

EXPLANATIO F.C.XXIX

mi corporis ꝓ ornamenta accepimus, à quo omnia
 vitæ præsidia habemus, a quo adoptati, ac
 sempiterno euo fruendo destinati sumus, ardē
 ter venerari: et singulari animi summissione
 reuereri, absteq; corrigi & castigari libentis
 sime pati, eoq; etiam libētius, quod tua animad
 uersio & castigatio paterre tuæ in nos chari
 tatis sit certissimum & illustrissimum argu
 mentum. Quos n. diligis Apostolotuo teste,
 coerces, verberibus autem afficis omnem si ad Heb
 lium quem recipis. Quod vero te non patrem xii.
 meū, sed nostrum appellari a quouis hominū
 singularim voluisti, id certe nos nostræ inter
 nos societatis, coniunctionis, & fraternæ neces
 situdinis commune refacit, hortaturq; & impel
 lit, ut mutuo nos amore, mutuaq; beneficētia
 prosequamur: ac sanctissimæ necessitudinis
 vinculis, quo deum tibi internos sumus, nulla re
 utquam distrahā ac dissui patiamur. Ad hæc
 ut neminem quamuis abiectum, obscurum, et
 ignobilem per superbiam & insolentiam as
 pernemur, infra ꝓ nos ducamus, quippe quæ
 creda

DOMINICÆ PRECATIONIS

credamus sanguine pretiosissimo unigeniti fili
 tui e mortis imperio liberatum, et a te patre
 clementissimo adoptatum. Iam vero quis tan
 to fastidio, & arrogantia efferatur, qui medi
 ocris fortunæ, & infimæ conditionis homines
 despiciatui habere, ac præ se contemnere aude
 at: quos summus & augustissimus filius tuus
 non erubuit fratres appellare? Annunciabo, in
 quit, & narrabo sanctissimum nomen tuum
 fratribus meis. Cum vero ad vitam reuocatus
 de infestissimo illo humani generis hoste, &
 seculi huius immaniissimo tyranno triumphas
 set: essetq; parte cælestis & terrestris orbis
 imperium adeptus, tanta summissione ani
 mi, tantaq; modestia fuit, ut non sit graua
 tus homines ignobiles, & pauperes, quos
 e cæterorum hominum cœtu delectos reg
 no suo regendo administrandoq; præfecerat
 fratres nominare: eosq; de parta victoria
 certiores facere. Vade inquit, & dic fratri
 bus meis: ascendo ad patrem meum, & pa
 trem vestrum, deum meum & deum ves
 tram

Psal.
 xxi.

Ioan.
 i xix.

EXPLANATIO F.C.XXX

trum. O summam hominum dignitatem: qui
 unum eundem cum filio dei patrem habent:
 eodemq; cum illo regno, eademq; felicitate
 donantur.

QVIES IN COELIS

EST V QV IDEM PATER BEA
 tissime ubiq; locorum presens, omnia
 contueris, nihil est quod te fallere, & acer
 rimum mentis tuæ obtutum possit effugere.
 Quod ipsum egregius ille tuus psaltes & va Psal.
 tes prestantissimus David, elegantissimis ver xxx
 sibus expressit ad hunc modum. Domine ex x viii.
 plorasti me & cognovisti me, tu cognovisti ses
 sionem meam, & resurrectionem meam, tu paraph
 intimos animi mei sensus ac cogitationes etiã raph
 eminus prospexisti, tu semitam meam & cur
 riculum vitæ meæ investigasti, tu omnes
 vias meas quibus ingredior, & sermones
 quibus sensa animi explico & enuncio, multo

DOMINICÆ PRECATIONIS

ante presensisti ac prænidiisti. Neq; id mirū
 domine videri debet, tu siquidem omnia quæ
 aut futura ad extremum sunt: quæ ve multis
 ante retro seculis antecesserūt cognita ac pers-
 pectā habes, adhuc mihi ipsi animum donasti
 me q; finxisti, & manu tua totum fabricasti.
 Deinde te ubi q; presentem his carminibus
 canit. Quo ego domine proficiscar? qui-
 bus me latebris occultabo, quo possim præpo-
 tentis, atq; omnia oculis lustrantis numinis tui
 presentie subduci? si in cælum ascendero,
 tu illic es: sin contra ad inferos descendero,
 illic etiam numinis tui presentiam sentiam.
 Si vero pennas mihi ipsi circumdederō &
 ad extremas vsq; maris oras aduolauero, non
 tamen occultus esse poterō, etenim eo vis tua me
 perferet, & semper in tuo dominatu ac potes-
 tate ero. Nō solū autē Pater supreme eo ubi q;
 presens es quia omnia intueris, omnia proui-
 des, et ad ornatum vniuersitatis, animati q;
 salutem et cōseruationem sapientissime admi-
 nistras, sed quod etiā vis tua potentissima in
 singulis

EXPLANATIO F.C.XXXI

Singulis rebus insit, eas ipsas cōseruans, ac ne
 corruant, nec in nihilum intereant, mirabili
 ter sustentans. Cum igitur Pater sãctissime
 Vbiq; præsens adsis, Vbiq; regnes, ac rerũ po
 tiaris: quid est, quod te in cœlo esse unigena fili
 us tuus dixerit, ac non potius ubiq; in cœlo vi
 delicet & in terra? sed voluit sapientissimi
 Patris sapiētissimus filius hominibus declara
 re, te etsi Vbiq; locorũ præsens vniuersitati
 præsideres, in cœlo tamen gloria & imperii
 sedem collocasse, quãdo quidem illic et insigni
 ores admirabilioresq; diuinitatis tuæ effectus
 cernerentur, & te beatis mentibus intuentiũ,
 possidendũ, fruendũq; præberes, illic tuas illæ
 laudes celebrant, ac bonis ijs quæ illis ab omni
 eternitate comparasti, in explicabili volupta
 te, tranquillitate & securitate animi perfru
 untur. Ad horũ porro amplissimorum, im
 mortaliumq; honorũ memoriã, vt animos nos
 tros filius tuus excitaret, & ab ijs quæ cernũ
 tur oculis, ad ea quæ sub aspẽtũ non cadunt,
 animo complectenda, & expetenda reuocaret

DOMINICAE PRÆCATIONIS

te honoris & imperij sedem, dixit, in caelo cōstitutam incolere. Quis igitur tam est amens qui cū hisce verbis eius sedis, gloriae, & honoris: maximarū illarū coptarum, ac sanctissimarū sempiternarūq; voluptatum, eius deniq; omnis beatitudinis, quæ illi est in caelo diuina munificentia tua preparata, cōmonefiat: rerum humanarū, cōmutabiliū quidē ac caducarum, cupiditate ducatur? Cur o homo terrena consectaris: qui factus es ad potiunda caelestia? Largire igitur nobis pater sanctissime, ut caelestium sempiternarump; rerum cupiditate & studio inflammemur: terrenaq; omnia infra nos ducamus, & indigna existimemus ad quæ animos nostros, celsos et erectos diuinitatisq; capaces, demittamus atq; abijciamus.

SANCTIFICET VR
nomen tuum.

FAC pater beatissime, ut nomen tuum sanctissimum, omni laude ac prædicatione

EXPLANATIO F.C.XXXII

tione dignissimum ubiq; terrarum celebratur, te omnes gentes diligant, Numiniq; tuo augustissimo preces, honores, cultumq; adhibeant. Aequum .n. est, ut quæ admodum ad omnes tua bonitas ac benignitas largissime manat, ita Numini tuo beneficentissimo laus & honor ab omnibus tribuatur. Verum quoniam fieri nequit ut ab iis debito cultu, honore, ac laude digneris, qui in summa tui ignorance versantur, effice pater beatissime ut te mortales omnes solū verū Deum, et quem in terras, hominū charitate impulsus, misisti Iesum Christum agnoscant. Discute eorum mentibus offusam caliginem, qui aut res inanimes, ac sensu & vita carentes diuinis honoribus afficiunt, aut detestabilibus erroribus implicati, a vera & sinceraq; pietatis cultu, rationeq; ab horrent: quo videlicet ipuris superstitionibus, et pravis opinionibus liberati, agnoscant et confiteantur, te cum unigena filio tuo ab æte ab omni æternitate generatio, & Spiritu Sancto ex utroq; admirabiliter &

DOMINICÆ PRÆCATIONIS

emanante, tres quidem indiuidue seiunctos, et diuidue coniunctos, omnia quæ sunt, tã superâ quam inferâ effecisse: eaq; bonitate, providentia, ac sapientia singulari administrare. Intellegant per vnigenam filium tuum vere hominem factum, genus hominum diaboli olim astu & inuidia prostratum, perditumq; humo excitatum, et in pristinum honoris gradum potentissime restitutum. Nouerint in te vno colendo ac contemplando, vniuersam hominis beatitudinem esse collocatam, teq; vt amplissima & immortalia præmia bonis iustitiæq; colentibus, ita improbis & nefarijs atrocias, exquisitas, sempiternaq; supplicia comparasse. Nobis vero pater clementissime, quos vera religione ac sanctissimis decretis imbutos esse pro tua clementia voluisti, illud dona, vt vita ac mores nostri cū vs, quæ nobis de te sunt persuasa congruant: neq; quicquam faciamus, quod pugnet cū christiani nominis dignitate. Sic. n. fiet, vt & tibi honor & gloria ex honestissimis ac rectissimis factis nostris accedat

EX PLANATIO FO. C. XXXIII.

accedat, & nomē christianum magis illustretur, religioq; longius iatiusq; propagetur.

ADVENIAT REGNUM
tuum.

ILLVD etiam dona pater beatissime, ut cum mortali hoc euo, omnibusq; vitæ periculis perfuncti fuerimus, ad regnum tuum illud florentissimū, pacatissimumq; cuius nos potiundi gratia procreasti, in sempiternū tecum victuri, ac regnaturi perueniamus. Sed quæ nostra est arrogantia & temeritas, ut regni tui sempiterni nos homunciones, humili strati, fieri participes postulemus? Gratias agimus tibi pater sanctissime summas et immortales, qui nos abiectissimos quidem & vilissimos tantifeceris, ut per vngenam tuam in familiam tuam ascueris, & in filiis tuis numerandos habendosq; duxeris. Quod si filij heredes igitur tui, cohæredes autē Christi. Quare non est quod temeritatis, aut arrogantiae condemnemur, si hæreditatem nostram. adire

ad Ro.

viii.

ad Ga.

iiii.

f. cupi

DO MINICAE PRECATIONIS

cupimus, illudq; regnū appetimus, quod nobis
 filius tuus multis cū laboribus peperit, et acer
 bitatibus comparauit: uiq; nos potēdo ex om
 ni eternitate destinasti. Abste igitur pater
 sanctissime ardentissime petimus, ut nos mi
 seros, in luctuosum ac calamitosum morta
 lis uitae huius exilium relegatos, ac variis ca
 sibus & periculis propositā uitam habentes,
 ad te ceu postliminio reducas: eaq; uita do
 nes, quam daturum te ijs es pollicitus, qui
 te sancte pieq; coluissent, & augustissime ve
 nerati essent: uita inquam illa beata & trā
 quilla, regno omnibus bonis & copijs afflu
 ente, & omni malo & incommodo vacan
 te, in quo neq; letitia animiq; voluptas ullo
 mœrore tollitur, neq; pax ac consensio ani
 morum discordia, seditione, factioneue diri
 mitur, neq; tranquillitas tumultu aliquo per
 turbatur, uita deniq; illa quae nullis demonū
 oppugnationibus, nullis hostium excursionibus
 est in festa. Hoc uero eo magis a regia tua di
 uinaq; maiestate contendimus, quo maius peri
 culum

EXPLANATIO Fo.C. XXXIIII.

culum ac discrimen: quotidie in mortali vita manentes, immortalis vitæ amittendæ subimus. Quæ discrimina, quæ incõmoda, ijs qui te ex animo diligunt, quiq; regni tui poiundi et diuinitatis tuæ contruendæ desyderio flagrât vitam acerbam & inuincendâ reddunt: multisq; eos sollicitudinibus & angoribus conficiunt. Precamur igitur immensâ maiestatem tuam his nos aliquando periculis, hisq; malis liberet: nosq; in quieto, tuto, ac beato illo domicilio collocet, quod cum ad patefaciendam summi & altissimi numinis tui gloriam, tum ad beatitudinem tuam cum Electis tuis communicandam delegisti. Verum quoniam ita absteidq; sapienter, est institutum, vt nullis alijs aditus in cœlum vitamq; beatam pateat, nisi ijs, in quorum animis ipse prius regni tui sedem, & domicilium imperij collocaueris, ipse quæso solus in nobis dominare, ac profligata diaboli & peccatorum tyrannide, solus pectoris nostri obtine, atq; occupa domiciliũ. Hoc autẽ fiet, si ex animis nostris

S ii pestife

DOMINICAE PRECATIONIS

pestiferas illas labeſ, quæ duriffimæ ſeruitutis iugo nos premunt, a tuiq; cultu & obſeruantia auertunt, ſuperbiam, inquam, contumaciã, arrogantiam, inuidiam, & libidinem depuleris: cõtra vero animi ſummiſſionem, caſtimitiam, manſuetudinem; ac cõteras virtutes introduxeris. His. n. virtutibus excultus, & ornatus animus dignus efficitur, quem diligas, in quoue ceu in gratiſſimo tibi domicilio, ſumma cum voluptate maneas, atq; conquieſcas. Quam. n. mentem ad ſedem, ac quietem ſibi delegit ſanctiſſimus ſpiritus tuus, niſi ſummiſſam, modeſtam, tuiq; plurimum obſeruãtem? Hanc igitur mentem nobis impartiri ac largi repater ſanctiſſime, quo digni ſimus in quibus regnes, quorumq; pectora ſolus obrineas, atq; poſſideas.

FIAT VOLVNTAS TVA SI
cut in coelo & in terra.

EST QV IDEM EATV AVO
luntas pater ſanctiſſime, hoc poſtulas,

EXPLNATIO. F. C. XXXV

& requiris ab ijs, quos tui similes, hoc
 est, mēris ac cogitationis compotes procreasti,
 vt te vnice, ac tota mentis vi & contenti
 condiligant, te vnum reuereantur, colant, ac
 suspiciant, tuis mandatis ac præceptis pareant
 tua decreta singulari animi summissione pro
 bent, & amplexentur. Huic porro sanctissi
 ma & equissima voluntati tuæ, cœlites illæ
 mentes incredibili studio, & alacritate infer
 uiunt. Etenim te amant ardentissime, ac totis
 visceribus, & medulis complectuntur, numi
 nis etiam tui augustissimi immensa maiesta
 te, ac summa celsitudine perspecta, ad te reue
 rendum, obseruandum, ac perpetuis laudibus
 celebrandum incredibiliter exardescunt, tuis
 prætere a mandatis diligentissime obtēperant
 tuisq; decretis, summa voluntatum conspirati
 one, assentiuntur. Hanc igitur volūtatē,
 hancq; mentē vt ijs etiam, qui terrenas sedes
 incolunt, suscipiant, dona pater beatissime: vt
 videlicet te deum & effectorem, sui potentis
 simum, liberatorem etiam conseruatoremq;

DOMI NICAE PRECATIONIS

longe beneficentissimum, optimeq; de se me-
 ritum parentem, singulari studio & amore
 prosequantur reuerentiamq; aduersus te eam
 cultum, obseruatiamq; adhibeant: quæ numi-
 ni tuo opt. Maxq; debetur, te unum admi-
 rentur, a claudes tuas sine vlla intermissione
 celebrēt. Suppeditat. n. nobis pater beate ad te
 laudandum, gloriamq; tuam predicandā ma-
 teries ac seges quam amplissima. Nam & be-
 neficentia tua erga homines singularis, et om-
 nia quæ abste facta ac creata sapientissime
 sunt, amplam atq; vberem laudationi, prædi-
 cationiq; sanctissimi numinis tui materiam
 præbent. Quis n. cum mundi formam, ac fi-
 guram attente fuerit contemplatus, omniaq;
 eius ornamenta animo ac ratione lustrauerit
 tuâ præterea in homines aplissima et immor-
 talia beneficia cum animo suo reputauerit, nõ
 et diuinã tuã potentiã, ac sapienciã admiretur
 et beneficentiam maximis laudibus extollat?
 Nã et hoc cõsilio te mundũ hũc exedificasse
 sanctissimus vates tuus David prodidit, ut
 singula

singularē tuam bonitatē, potentiā, providenti-
 am ac sapientiā incomprehensam mortalibus
 cōmendarēs, eosq; cū ad tui admiratiōē et ob-
 servantiā, tum ad prædicationē sanctissimi no-
 minis tui excitares. Effice etiam pater beate
 hominū appetitus sanctissimis mandatis tuis
 ac præceptis obtemperantes, ac dona, ut toto pe-
 ctore in ea studia incumbant, quæ probas &
 amplecteris, ad quæve suscipiēda homines, æquis-
 simis legibus latis compellis: contra vero ab ijs
 abhorreant vehementer, quæ ipse improbas,
 quæq; homines ne cōsectarentur, sanctissimis
 legibus causti. Eam præterea mentē morta-
 libus largire pater optime, ut quæ tua sunt iu-
 dicia libenter amplectentur, quæq; tuo permis-
 su & æquissima voluntate fiunt, approbent:
 ita scilicet, ut tibi siue lætis, siue aduersis re-
 bus, gratias agāt: nihilq; tua voluntate & de-
 creto antiquius ducāt. Sūt. n. iudicia tua eius-
 modi, quæ peruectigari vlla ingenij acie: aut
 intelligentia cōprehendi minime possint. Ex
 quo fit ut quæ nobis nimis seuerā iudicia vide

DOMINICAE PRECATIONIS

antur, ea sint clemētia et amoris erga nos tui
 plenissima: cōtra vero ea quæ tuā aduersus ho
 mines indulgentiā: et beneuolentiā præferūt
 sint lōge seuerissima. Indulgestu quidē pater
 optime nonnunquā nefarijs hominibus, ac san
 ctissimas leges tuas perfringentibus: pios ve
 ro ac tuis, legūq; tuarū nim. ū obseruantes, va
 rijs incommodis & calamitatibus affici & cō
 flicari permittis. Sed non est quod in eo tuū
 iudicium condemnemus, aut iustitiam equita
 temq; tuam requiramus, quandoquidem quor
 sum tua consilia spectent & euadant, prorsus
 ignoramus. Illud tamen pro certo ac comper
 to habemus, te omnia pater sancte quæ agis,
 quæue decernis & statuis, summa equitate
 agere, & statuere: eaq; cum ad bonitatem, cle
 mentiam, ac iustitiam tuam diuinam declarā
 dam, tum ad salutem eorum, quos sempiterno
 euofruendo destinasti, sapientissime compa
 rare.

PANEM NOSTRVM Quo
 tidianum danobis hodie.

EXPLANATIO F.C.XXXVII

Oculi omnium in te coniecti sunt pater be-
 nignissime atq; largissime, omniaq; abs-
 te cibum, quo alantur ac sustententur, requi-
 runt & expectant: eū quæso nobis pater sanc-
 te, pro tua benignitate largire. Verum quoniā
 ex corpore & animo compositos, ac congluti-
 natos nos esse voluisti: utrisq; cibum ac pastū
 quo conseruentur, alantur, & augeantur, pro
 tua bonitate suppedita. Pasce igitur animos
 nostros tuisimiles, cœlesti illo ac diuino pane,
 hoc est, sacro ineffabili corporis & sanguinis
 tui, quod cum ad conseruandam sempiternam
 tui memoriam, tum ad alendas, corroboran-
 das, mœrore leuādas, tuiq; studio & amore
 inflammandas animas hominum, singulari
 benignitate & munificentia, ex hominibus iā
 iam demigraturus, & in superas sedes ascen-
 surus instituisti. Dona, ut ad sacrosanctam
 aram tuam, summa vitæ sanctimonia, & dig-
 nitate præditi adeamus, ac maximam aduer-
 sus hæc hostiam, hocq; sacrum admirabile re-
 uerentiam adhibeamus. Sic. n. fiet, ut pastio il-

DOMINICAE PRECATIONIS

la diuina nobis non pestem, sed salutē afferat,
 non acerbum tuum in nos odiū cōcitet, sed nos
 tibi vehementer adiungat, gratiamq; tuā no-
 bis conciliet. Ad hunc veropanem adde pater
 sanctissime, panē illū dulcissimū ac frugife-
 rū diuinorum verborū. Eo. n. pane maxime
 egemus, quo vitā animi vigentē, ac florentem
 perpetuo tueamur. Etenim eloquia tua sancta
 cum nos ea quæ persequenda quæue contra fu-
 gientia, declinandaq; sunt docent, tum ad te co-
 lendum, ac venerandum vehementer accen-
 dunt. Hic ergo panis ne nos vnquam deficiat
 fac pater clementissime, atq; eo etiam magis,
 quo maius in periculum ac discrimen, si nos de-
 fecerit, venire compellimur. Nisi. n. verbis tu-
 is ceu aquis corda nostra crebro irrigaueris,
 nullos prorsus fructus efferemus, sed vepribus
 potius ac sentibus obruemur, id est, omni scele-
 re ac flagitio contaminabimur. Id vero ne fi-
 at, quoniam in tua prouidentia ac bonitate po-
 situm est, te etiam atq; etiam pater sanctissi-
 me precamur. illud etiā clementiā tuam ora-

EXPLANATIO F. C. XXXVIII

mus efficiat, ut aures nostras verbis tuis sanctissimis & mandatis dicto audientes præbeamus, ut non solum auribus percepisse quod præcipis, sed animo etiam complexi, ac re ipsa executi esse videamur. Nec enim, auditio, sed observatio legum tuarum, nos apud te ponit in gratia. Corporis etiam nostrum tuendi, ac pascendi curam suscipe pater sanctissime, quo valens ac vigens, alacrius et robustius spiritui possit inservire. Non copias ac divitias postulamus: sed id solum quo vitam caducam & mortalem sustentare ac propagare valeamus. Verum quoniam corporis & animi partem diebus singulis capeßere necesse habemus, ut hoc mentis & corporis pabulum in singulos dies nobis impertias te deprecamur. Ut enim corpus cibo: sic animus & gustatu corporis tui sacri, & divinarum celestiumque rerum commentatione alitur & augetur. Quare ut corpus, nisi quotidiano pabulo sustentetur, vita destituitur. ita etiam animus si diutius eo cibo quod ad alendum ipsum valet,

DOMINICAE PRECATIONIS

priuetur, vitam amittit. Verumtamen, si minus diebus singulis hostiæ illius diuinae participes fieri possumus, eius certe dulcedinem, suauitatem, & efficacitatē, dona, ut per passionem dolorum, laborumq; tuorum quotidie animo agitando, sentiamus: quo videlicet eius cōmentationis vi & dulcedine incredibili roborati, vitam mortalem sanctissime, & honestissime traducamus.

DIMITTE NOBIS DEBITA nostra.

HACTENVS pater sanctissime precari summus, ut nos bonis tuis cumulares & augeres, nunc vero summissis petimus & obsecramus, ut nos malis liberet: atq; ijs malis quibus qui consistunt, cum mali ipsi atq; improbi, tum tibi odiosi efficiuntur. Hæc autē mala, quæ nam sunt alia nisi peccata & flagitia: quæ qui suscipiunt & admittunt, cum ipsi ve
re

EXPLANATIO F. C. XXXIX

*re mali sunt, tum in offensionem tuam quam
 grauissimam incurrunt. Hæc igitur mala à
 nobis vt depellas, precamur pater clementissi-
 me: depuleris autem, si & peccata ac delicta,
 quæ inte multa in vita admisimus, nobis con-
 donaueris: nosq; deinceps integros, purosq; ab
 omni scelere conseruaueris. Ignosce igitur pa-
 ter pro tua clementia erratis nostris, & re-
 mitte nobis debita nostra. Multis, heu, tibi sū-
 mus nominibus obligati, quippe qui ab eo tem-
 pore quo malum à bono internoscere, & arbi-
 trij consilijq; nostri compotes esse cœpimus, ea
 instrumenta, quæ nobis ad te colendū data sūt
 animum scilicet & corpus, ad sanctissimas le-
 ges tuas violandas cōtulimus, multasq; hones-
 tas actiones, quas tua ope & auxilio exequi
 potuimus, suscipere negleximus. Quid igitur
 pater? an de assequenda venia desperabimus?
 absit, abste. n. dictum accepimus, misericordiã
 ac clementiã tibi probari acceptamq; esse poti-
 us, quam sacrificacionem, adhæc te peccantiū
 interitu minime delectari, immo vero ab illis
 illud*

DOMINICAE PRECATIONIS

illud postulare et requirere, ut resipiscant, ad
 tuamq; misericordiam confugiant, te paratū
 esse omnia illis crimina lubenter condonare.
 Quare cū erga delinquentes te tā clementē
 fore ostendas, desperabimus de tua misericor
 dia? aut ad te, imploranda expositāq; veniā
 causa, adire dubitabimus? Accedit eo & vni
 genitae tui acerbissima mors, quae nobis non ani
 mum solum, ut ad te veniam rogaturi venia
 mus, dat: sed spem nobis eius impetranda quā
 certissimam affert. Oculos igitur tuos indul
 gentissime pater, in christum filium tuū cru
 ci nostra causa suffixum, innumeris vulneri
 bus, ac corporis & animi cruciatibus confectū
 refer, atq; conuerte: nobisq; per vulnera, per
 crucem, per mortem, perq; omnes acerbitates
 eius ignosce, ac supplicia, quae commeruimus,
 remitte. Nullum est enim tam immane scelus
 nullum tam atrox flagitiū, quod merito cru
 ciatus vni geniti tui non possit expiari, ac pror
 sus deleri. Ipse. n. tibi pater sancte debita nos
 tra quibus soluedis nos minime eramus, cum is

EXPLANATIO F. C. XXXXX

latissime persoluit, nosq; apud te in gratia re-
posuit. Eius ergo omnes cruciatus: dolores, &
angores tibi ante oculos statuimus: eorum ve
habeas rationem quasumus, ac nobis debita
nostra condones.

SICVT ET NOS DIMIT-
timus debitoribus nostris.

QUANDOQ; VIDEMUS ita instituisse
pater sancte, vt nullis alijs debita condo-
nares, nisi ijs, qui debita sua prius ijs, quibus cum
humane societatis vinculo coniuncti essent, con-
cessisset, dona: vt et nos debita fratribus nostris
alacri ac lubenti animo remittamus: neq; veli-
mus iniurias nostras persequi, immo vero eos
a quibus læsi, laceffitique sumus iniuria, amore
& beneficentia prosequamur: proq; ipsorum
incolumitate & salute ad te preces fundamus
quemadmodum & vnigena filius tuus
nefarijs & consceleratis hominibus, qui
eum

DOMINICAE PRECATIONIS

qui eum incredibili immanitate excarnificaverunt, & in crucem sustulerunt, suas iniurias clementissime concessit, ac debitum remisit: deprecatoresq; sese pro illis apud te patrem suum coelestem, summa ipsorum charitate, praebeat.

ET NENOS IN DVCAS IN
tentationem sed libera nos a
malo.

HEV pater sanctissime, dum in vita manemus, ac communi spiritu fruimur, quotidie in discrimen immortalis vitae amittenda venimus. Etenim ille humani generis hostis, inueterato & diuturno nostri odio inflammatus: nos dies ac noctes in vita persequitur & insectatur, nunc aperte, ac cominus collato pede nobiscum confligens, nunc vero ex insidijs nos aggrediens. Quod certe bellum tanto est periculosius, quanto ipse idem hostis, nobis cum
robusti

EXPLANATIO Fo. C. XXXXI

robustior est & potentior, tum asturior atq;
 callidior. Quis enim commemorare valeat
 quantis nonnunquã viribus nobiscum manus
 conferat, quam nos infeste oppugnet, & quas
 machinas, quos arietes ad nos expugnandos,
 & e virtutis altissimo gradu precipitandos
 deturbandosq; adhibeat? Iam vero cum aper-
 tum bellum non processit, quo astu nobis vete-
 rator ille insidias tēdat, qua calliditate laqueis
 nos suis irretire contendat, dictu est difficile.
 Quare sanctissime pater, cum res fragiles,
 & imbecilli, cum tam robusto, immani, ac cal-
 lido hoste, bellum continuum geramus, ne nos
 queso desertos a tua ope, & auxilio unquam
 esse patiaris. Non id abste petimus, ut hostem
 capitibus nostris perpetuo imminentē, nobisq;
 mortem ac perniciem machinantem, a nobis
 repellas, fuges, & avertas, (id siquidem decre-
 to ac voluntati tuæ repugnat, sed potius quã-
 do nobis certandum, ac depugnandum cum eo
 est, vires dones: quibus confirmati, aduersarij
 impetus sustinere: infesta tela repellere, et ma-
 t chinas

DOMINICAE PRECATIONIS

chinas euertere, ac disturbare valeamus. Ad
hæc scientiam ac prudentiam nobis impertias
qua astus, technas, cōmentaq; ipsius possimus
deprehendere: ac laqueos, quibus nos illaquea
re studet, intercipere. Sed, heu, pater Augustis
sime, nos, nos ipsi diabolo nostri oppugnandi cō
moditatem, facultatemq; præbemus. Etenim
cupiditates nostras & appetitus ille excitat:
& inflammat, & quo volumus ipsi, rapit, at
q; traducit. Ex quo fit, ut nos illi arma qui
bus nos oppugnet: tela quibus nos confodiat,
per summam imprudentiam, & incontinenti
am præbeamus. Quocirca satis tuti ab eius in
sidijs, & incurSIONibus erimus, si animi pertur
bationes in officio continuerimus. Sed quis va
leat tam auersos per ratione motus sedare, et ad
normam sanctissimæ legis tuæ dirigere, nisi
tu domine opem illi tuam, præsidiumq; attule
ris? Tu solus domine potes animi ægritudines
sanare, sedare perturbationes, incitatos motus
comprimere, appetitus, ne in omni intemperã
tia se profundat. potentiss. tenere. Hæc igitur

bene

EXPLANATIO Fo. C. XXXXII

beneficio singulari ut nos afficias, te tota ani-
 mi contentione pater benignissime depreca-
 mur. Nam si animi nostri aegritudinibus cu-
 ratione, et perturbationibus commotionibusq;
 sedationem attuleris, fiet, ut neq; diaboli ul-
 los incursums formidemus, & ab eo malo, quod
 est vere malum, quodq; nos abste disiungit &
 distrahit, liberi vacuiq; simus. A quo ut nos
 perpetuo liberet, etiã atq; etiã petimus. Quid
 est enim peccato tetrius? Quid foedius? quid
 detestabilius? quid deniq; tibi odiosius? Peccato
 .n. efficitur, ut honor celsitudini tue debitus
 ab homine eripiat, animus vero, pro quo ab
 interitu vindicãdo filius tuus vitam profudit,
 extinguatur, & supplicio addicatur sēpiterno
 Hoc igitur tã execrãdũ malũ, hãc teterrimã
 pestẽ, a nobis auerte pater indulgentissime, nã
 q; hoc malo sublato, nihil est quod nobis possit
 obesse. Quantumuis .n. rebus aduersis conflic-
 temur, magnis ac varijs incommodis afficia-
 mur, nullum inde detrimentũ capimus, immo
 vero non est quod malinobis aliquid accidisse

DOMINICAE PRECATIONIS

arbitremur, si a peccato liberi purique sumus. His siquidem itineribus ad beatam vitam, regnumque illud pacatissimum, florentissimum, ac sempiternum peruenitur: hoc ipsum attestante Paulo Apostolo tuo, a quo illud accepimus varia videlicet discrimina adeunda, multas acerbitates hauriendas, maximos denique labores excipiendos esse iis, qui beatae vitae, caelestisque regni compotes esse volunt. Quocirca illud non petimus, ut scilicet res aduersas, incommoda inquam, detrimenta, morbos, ac caetera huiusmodi a nobis depellas: nempe qui memoria teneamus, ab te esse praedictum fore, ut qui te colerent, tuaque vestigia consecrarentur, a diabolo & hominibus oppugnati, male saepissime afficerentur: sed illud potius, ut nobis in rebus asperis, temporibusque difficilimis ac turbulentis, animum magnum, elatum, atque a labore, doloreque inuidetur praestes: ita scilicet, ut nullis rebus duris fracti, hosti succumbamus, scelusue aliquod suscipiamus. Nam qui nobis labores maximos, esse subeundos denunciaasti,
idem

idē in us placato ac sedato animo perferendis:
 salutem animorum positam esse declarasti.
 Dona igitur nobis pater clementissime, nobis
 inquam fragilibus & imbecillis, cum inuictū
 animi robur, tum amorem tui ardentissimū
 quo videlicet & placidā quietamq; animi cōs-
 tantiam perpetuo teneamus, & tua causa non
 premi modo laboribus & angoribus, sed diris-
 sime etiam excruciaci ardentem expetamus.
 Id vero, ac cœtera omnia quæ abste hæctenus
 pater indulgentissime precati sumus, nobis do-
 na: nō nostro quidem, sed Christi filii tui meri-
 to, qui nostra omnia peccata expiauit, nosq; re-
 cum in gratiā pacēq; reduxit. Cui etiā laus et
 honor, tibiq; et spiritui sancto, ab omni creatu-
 ra infinitis seculorum ætatibus tribuatur.

AMEN

t iii

EIVSDEM AVTHORIS IN CON
VENTV FRATRVM EREMITA
RV MINCOENA DOIMNI PRI
uatim habita declamatio.



VM multa ac magna
n nos diuinum illud nu
men beneficia cōtulerit
illud certe longe omniū
maximum atq; amplif
simum extitit, quod vni
genam filium suum humana specie indutum,
ac fraternæ necessitudinis vinculo nobiscum
deinctum, vindicem libertatis nostræ, conser
uatore[m] vitæ, pietatis religionisq; doctorem
esse voluerit. Eximia profecto liberalitatis il
lud fuit, quod nos ex nihilo procreauit, quod
nobis imaginem diuinitatis suæ decentissime
impressit: quod omnibus terræ, marisq; animã
tibus nos preposuit, quod Angelicis mentibus
custodiendos seruandosq; commisit, quod de
niq; degenda, perfruedaq; cœlesti, sepiternaq;
t iiii vitæ

DOMINICAE PRECATIONIS

v. t. e. ab omni eternitate destinauerit: sed lon-
 ge maioris benignitatis, ardentiorisq; in nos
 charitatis illud fuisse quis non videt, quod no-
 bis v. l. i. s. s. i. m. i. s, & abie. t. i. s. s. i. m. i. s hominibus, filiū
 suum, eumq; v. i. c. u. m, sibi gloria, imperio, dig-
 nitate, v. i. e. t. i. a. m. a. c. p. o. t. e. s. t. a. t. e. p. a. r. e. m, i. i. p. s. o. s. e. t. i.
 a. m. h. o. m. i. n. e. s, A. n. g. e. l. i. c. a. s. q; m. e. n. t. e. s, a. t. q; a. d. e. o
 i. n. v. i. u. e. r. s. u. m. o. r. b. e. m. d. o. m. i. n. a. n. t. e. m, c. o. n. s. e. r. u. a.
 t. o. r. e. m, m. a. g. i. s. t. r. u. m, a. d. d. e. e. t. i. a. m, s. e. r. u. u. m. d. e. d. e.
 r. i. t? I. d. q. u. o. d. i. d. e. m. i. p. s. e. d. e. i. f. i. l. i. u. s. q. u. o. d. a. m. l. o. c. o
 t. e. s. t. a. t. u. s. e. s. t, i. n. q. u. i. e. n. s, Q. u. i. s. n. a. m. m. a. i. o. r. e. s. t, q. u. i.
 r. e. c. u. m. b. i. t, a. n. q. u. i. m. i. n. i. s. t. r. a. t? n. o. m. e. q. u. i. r. e. c. u. m.
 b. i. t? E. g. o. a. u. t. e. m. i. n. m. e. d. i. o. v. e. s. t. r. u. m. s. u. m. s. i. c. u. t.
 q. u. i. m. i. n. i. s. t. r. a. t. Q. u. i. d. q. u. e. s. o. v. o. s. t. a. m. l. i. b. e. r. a. l. e.
 a. c. m. u. n. i. f. i. c. u. m? q. u. o. d. m. a. i. u. s. b. e. n. e. f. i. c. i. u. m. d. a. r. i,
 a. u. t. e. x. c. o. g. i. t. a. r. i. v. a. q. u. a. m. p. o. t. u. i. t? A. u. g. e. r. a. u. t. e.
 h. o. m. i. n. u. m. i. p. s. o. r. u. m. i. n. d. i. g. n. i. t. a. s, d. a. t. i. b. e. n. e. f. i. c. i. i.
 m. a. g. n. i. t. u. d. i. n. e. m. E. t. e. n. i. m. o. m. n. e. s. q. u. a. s. i. o. u. e. s. d. e.
 s. e. m. i. t. a. d. e. c. l. i. n. a. u. e. r. a. m. u. s, d. i. u. i. n. a. s. l. e. g. e. s. v. i. o. l. a.
 u. e. r. a. m. u. s, i. n. s. a. n. c. t. i. s. s. i. m. i. & a. u. g. u. s. t. i. s. s. i. m. i. n. u.
 m. i. n. i. s. o. f. f. e. n. s. i. o. n. e, p. u. a. g. r. a. u. i. s. s. i. m. a. m. i. n. c. u. r. r. e. r. a.
 m. u. s: r. e. s. t. a. b. a. t, v. i. s. e. p. i. t. e. r. n. o. j. u. d. i. c. i. o. e. x. c. r. u. c. i. a. t. i.
 n. e. f. a. r

Luc.
 xxii.

Esa. liii

EXPLANATIO F. C. XXXV

ne fariorum scelerū poenas daremus: sed ille
 sumus, idemque clementissimus aedificator, ac
 rector mundi deus: multo magis quod immē-
 sa sua bonitas ac beneficentia, quam quod ho-
 minū flagitia & iniuriæ, quibus toties fuerat
 per summā ipsorum insolentiā laceffitus, pos-
 tularēt spectans: ut nobis, quos sui similes, hoc
 est, mentis ac cogitationis cūpotes procreaue-
 rat, ac contuendæ diuinitati destinauerat, ig-
 nosceret: unigenæ filio non pepercit, sed colla-
 tis in eū omniū peccatis, in varias illū, nostra *Esa. liii*
 causa, dimicationes, in infestissimos impetus,
 atque, postremo in acerbissimam mortē obiecit.
 Sic, n. deus dilexit mundū, ut filiū suum uni *Ioan.*
 genitum daret, ut omnis qui credit in illū non *iii.*
 pereat, sed habeat vitam æternam. O inenoda-
 bile diuinæ misericordiæ sacramentū, o arden-
 tissimā diuini numinis in nos homines chari-
 tatem. Quis obsecro renouata tanti in nos a-
 moris tantæque beneficentiæ memoria, non sū-
 mo stupore, et ingenti admiratione afficiatur?
 non deopt. Max. amore & studio singulari
 incen

DECLAMATIO

incendatur? Pro bono, inquit Paulus, forsitan
 quis audeat mori, at pro impijs & conscelera
 tis, hostibusq; infestissimis, quis unquam sibi
 mortem oppete ndã ac perferendã putauerit.
 Commendauit autem deus suam erga nos cha
 ritatem insignius, et declarauit apertius, quia
 cū auersi ab eo, atq; innumeris flagitijs obliga
 ti essemus: interitu dilectissimi filii sui, nos in
 veterẽ gratiam restituit. Iam vero quo ardo
 re, quauẽ alacritate animi ac prõpitudine, idẽ
 dei summi ac præpotentis filius, pœnas flagiti
 is nostris debitas sustulerit ac dependerit, ex
 plicatu est difficile. Cum causa totius humani
 generis in abditissimo sacræ Triadis concilio a
 geretur, ac mox essemus, pro eo sane ac flagi
 tiis nostris commerueramus, capite damnan
 di: ipse tamen dei filius, incredibili nostri mise
 ricordia permotus, nostriq; conseruandi ac
 liberandi studio & cupiditate inflammatus,
 concitatum in nos patris animum placauit,
 ac capitis supplicium, quod nobis erat diui
 na seueritate constitutum, ipse sibi soli susti
 nen

IN COENA DOMINI Fo. C. XLVI.

nendum, atq; excipiendum putavit. Tum de
 mū expletum perfectūq; est illud quod est a
 regio vate, diuino afflatu & instinctu, multis
 ante tēporibus prænunciatū. Misericordia et
 veritas sibi mutuo obuiæ factæ sunt, iustitia
 et pax interse cōplexæ & exosculatæ sunt.
 Postea vero quæ e sinu summi, sempiterniq;
 patris in terras delapsus, formā humanā: ipsi
 usq; omnē conditionē suscepit: quæ nam pro
 nobis laborē refugit? quod periculū recusauit?
 Etenim languores nostros ipse pertulit, vt ait
 Esaias, & dolores nostros ipse sustinuit. Illud
 vero maiori quodāmodo admirandū est, quia
 cum iam impenderet turbulenta acerbissima
 afflictionis tēpestas, non fuga ille quidē incolu
 mitati ac salutis suæ consuluit, non se tenebris
 crassissimis, quibus nox illa circumfusa erat,
 occultauit: aut in abstrusas aliquas latebras
 abdidit, sed incredibili quodam animi impe
 tu concitatus, mira quadam mentis celsitate
 ac magnitudine elatus, aduentātibus hostibus
 obuius

DOMINICAE PRECATIONIS

obuius occurrit: seseq; illis comprehendendū,
 alligandum, ac quo vellent, trahendum, rapiē
 dumq; præbuit. Scilicet tanto nostri conseruā
 di, ac liberandi studio exarserat, vt neq; bre
 ui interposita mora, se retardari facile patere
 tur, quominus per acerbum illum perpeſſionis
 calicem, quem cœlestis pater ipsi parauerat,
 exhauriret. Quo magis decet nos, qui eius sã
 guine conseruati, & seruitute diaboli redem
 pti sumus, tantum beneficium, tantamq;
 eius in nos charitatem animo complecti:
 sempiternamq; illius, nisi omnium ingratiſſimi
 esse volumus, memoriam colere atq; celebra
 re. In quo certe, summo studio & cura sacro
 sancta mater ecclesia hoc tempore occupata
 est, quippe quæ ea quæ Christus sponsus sibi cha
 rissimus pro salute hominum gessit, ac pertu
 lit, commemorat, ac veluti oculis intuenta sub
 ycit. Quis igitur tam cordis lapidei, tamq; sē
 sus cōmunis expers fuerit, qui sacrum hoc tē
 pus in recordandis, ac cum animo suo cogitan
 dis maximis & immortalibus Christi in nos
 beneficijs,

EXPLANATIO F. C. XXXVII

beneficijs, non consumat? Quare si quis in vobis inest o fratres veræ ac christianæ pietatis sensus, si quis ardor amoris, si gratus deniq; animus aduersum tam clementem, tamq; de vobis meritum redemptorem, euigilate animis atq; in tantorum beneficiorum cogitationem & recordationem toto pectore incumbite, & mihi hæc ipsa Mysteria explicanti, attentas parum per aures accommodate. Sic. n. fiet, ut ego qui Christi optimi Max. causa amplissimum hunc loci. ascendi, laboris mei fructum aliquem referam, & vos tantorum mysteriorum dulcedinem sentiatis. Id vero quo facilius vtriq; consequamur, omnes vno consensu ad virginem illam integerrimam, præstantissimamq; quæ tantum conseruatorem suscepit, quæ fructum vitæ nobis protulit atq; edidit, ad eamq; Angelica salutatione quam officiosissime prosequamur.

ANTE diem festum Paschæ. Cū iam dominus Iesus Christus innumerabilia *Ioanē*
prodigi xiii

DECLAMATIO

prodigia ac miracula edidisset, cum egros, ac
 corpore et animo confectos varijs morbis libe-
 rasset: cum alijs videndi, loquendi, & audien-
 di ingrediendive facultatē, vimq; mirabiliter
 ac potenter reddidisset: cū iam Hebræā gētē
 ad quā erudiendā e cælo demissus fuerat præ-
 ceptis cœlestibus ad òne munus officii istruxis-
 set institutisq; sãctissimis deiunxisset, cū
 multa iã nostri amore, òniūq; salutis causa
 gessisset ac tolerasset: supererat, vt quēadmo-
 dū diuinitus decretū & statutū erat, sese deo
 patri pro expiandis ac delendis hominum pec-
 catis, in ara crucis holocaustum gratissimum
 & odoriferum immolaret. Cum igitur inf-
 taret illud tempus, quod erat acerbissimo e-
 ius cruciatui ex aternitate præfinitum: atq;
 ardentissima oppetenda, nostra causa, mor-
 tis cupiditate flagraret, prostremam cum dis-
 cipulis, quos charissimos habebat, cœnam face-
 re instituit: vt in ea videlicet cœna, quanti nos
 faceret, quamq; ardenter diligeret, non ver-
 bis modo, sed re etiam ipsa multo illustrius &
 euidens

euidens

IN COENA DOMINI F. C. XLV III

evidentius declararet. Cum itaq; vespericomes simul in coenaculum conuenissent, agnum q; paschalem, ut erat in more Iudaorum positum, immolassent: intelligens Iesus omnia tradidisse ei patrem in manus: & quod, ut à Deo exierat, ita ad deum redibat, surgit a coena: depositisq; vestimentis, linteo se succinxit. Deinde aquam in vase, quod erat paratum infudit, prostratusq; ad pedes discipulorum, eos singulariquadam animi demissione coepit abluere, ac linteo quo erat succinctus extergere. O mirum & nusquam auditum prodigium. Dei filius, paternae essentiae, gloriae, maiestatis, & amplitudinis particeps omnium quae sunt, fabricator & effector, caelestia, terrestria, & inferna in ditione tenens: omnia continens, fulciens, ac sustentans, omnia contuens, providens ac gubernans, quem Angelorum altissima & amplissima mentes reuerentur, obseruant atq; suspiciunt: in cuius cōspectu ac praesentia caelestes dominatus contremiscunt: & mutant

vel

DOMINICAE PRECATIONIS

Vel celsissima columna caeli: hic inquam tan-
 tus, tam potens, & augustus ad pedes hominū
 ad pedes pauperum, ad pedes seruorum abyci-
 tur, eosq; ipsos lauat et extergit? Quis obsecro
 tāta tāq; insolita rei nouitate nō obstupescat?
 Quis in tantā intueēs christi humilitate et sū-
 missione nō incredibili admiratione afficiatur?
 Itane Christe dei fili, regū domine, et principū
 imperator: itane celsitudo tua & Maiestas
 summittitur, abycitur, & prosternitur? Vere
 auditores religiosissimi, vere Christus exina-
 niuit semetipsum: vere formā serui suscepit.
 Seruorum siquidē istud est munus quo Chris-
 tus summus Princeps hodie functus est. Ec-
 quis cogitatione comprehendere, aut consequi
 dicendo possit: quantus Angelicas mentes tū
 stupor oppresserit, cum filium dei ita demissū
 & ad pedes hominum stratum viderunt? Cō-
 siderant illae quidem demittentis, prosternen-
 tisq; sese maiestatem & amplitudinem: ad-
 mirantur vero illam eius incredibilem, & in-
 auditam summisionē. Quid mirum si An-
 geli

IN COENA DOMINI. Fo. C. XLIX

geli hominibus inserviant, cum Rex Angelo
 rñ tanta animi alacritate et demissione homi-
 nibus inserviuerit? Porro autē pauperculos il-
 los tanta præceptoris sui demissio, & abiectio
 stupidos detinebat, rei q; exitū avidissime expe-
 ctabant. Non tamē sunt ausi domū, ac magis-
 tri voluntati repugnare, eiusq; ad lauandos
 singulorū pedes studio officiose aduersari: sed
 pedes illi suos singuli summa modestia (Iudā
 excipio) lauandos, ac tergendos præbuere. So-
 lus Petrus humilitatis, tenuitatis, vilitatisq;
 suæ conscius: non est passus, immensā illam di-
 uini numinis maiestatem eo demitti, vt pedum
 eius sordes sacratissimis manibus elueret.
 Quocirca humi abiectus, Christū lauare ipsi-
 us pedes conantē, modestissime, & officiosissi-
 me repellebat: indignū esse inquit, ac nullo
 modo ferendū, vt orbis effector, sanctissima-
 rū mentiū, hominumq; imperator, cuncta tu-
 ens, prouidens, ac sustentans: ignobilis cuiusdā
 pauperis, ac mille flagitijs cōtaminati hominis
 pedes ablueret: atq; proinde nunquam se com-
 v missu

DE CLAMATIO

missurum, ut pedes illi suos lauandos porrige-
 ret. Sed tamē leniter a Christo et humaniter
 reprehensus, commonitusq; eius detrimenti,
 quod esset ex illa tergiversatione ac recusatio-
 ne modesta illa quidem certe et officiosa, sed
 tamen parum prudenti, capturus, continuo nō
 pedes modo, sed manus etiam et caput, illi lauā-
 da præbuit. Cum igitur Christus discipulorū
 pedes lauisset: Iudamq; ipsum facinorosū, ne-
 farium, & impurissimum, fidei & amicitie
 proditorem, consimili ministerio & officio es-
 set humanissime persecutus: receptis vestimen-
 tis, recubuit: ac discipulis stupefactis: & quid
 in abluendis ipsorum pedibus spectasset, pror-
 sus ignorantibus: facti illius sui, ac demissionis
 insolite, rationem reddidit adhunc modum.
 Scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me Ma-
 gister, & domine, & bene dicitis: sum etenim.
 Si ergo ego laui pedes vestros dominus & ma-
 gister, & vos debetis alter alterius lauare pe-
 des. Exemplum enim dedi vobis, ut quemad-
 modum ego feci ita & vos faciatis. Non est
ser

IN COENA DOMINI Fo. CL.

seruus maior ac superior domino suo: neq; legatus praestantior eo qui misit illum. O Christi verba suauissima in animo insculpenda: ac memoria perpetuo tenenda: o christi excellens ac praclarum factum, ante oculos quam saepissime ponendum: & multo ardentius & studiosius imitandum. De qua enim re nobis, oratione illa mellissima, christus praecipit, nisi de animi summissione & humilitate? Huius porro excellentissimae virtutis amore quo discipulorum animos inflammaret: ipse primus omnium eam coluit, eiusq; insigne hodie documentum dedit: vt non auctor ac magister humilitatis ac demissionis animi (solū, sed cultor etiam fuisse videretur. Id quod ipsi, qui se pie, ac sancte viuendi magistros & doctores profitentur, summa cura & diligentia praestandum est: vt scilicet quod verbis, eleganter, copiose, ac diserte praecipunt: multo certe elegantius, atq; cumulatius re ipsa exequantur. Sed proh dolor, quam multi Dei caste, & pie colendi

DECLAMATIO

pie colendi præcepta, ornate, diserte, copioseq;
 tradunt: qui tamen ipsi vitã agunt impurissi-
 mã, ac nefarius, turpissimisq; vitijs cõtamina-
 tam: numenq; ipsum augustissimũ, ad quod
 sanctissime venerandi mortales adhortãtur
 multis susceptis sceleribus offendunt. Sunt illi
 quidẽ authores humilitatis, ac summissioris ani-
 mi amplectendæ: at illi opinionibus inflati ea-
 rumq; rerũ, a quibus longissime absunt, arro-
 gantia subnixi ambulant. Cœteros à potiundis
 nefarijs corporis voluptatibus longa oratione
 ac concione deterrent: at illi ad easdẽ potiũdas
 temere & effrenate incitantur. At nõ eo mo-
 do sese gessisse Christũ, memoriã proditũ est.
 Est siquidẽ literis euangelicis, ad memoriã
 sempiternã, et posteritatis institutionẽ, cõmen-
 datũ: Christum omne munus officij, ad quod
 homines erudiuit et instituit, obijisse. Quocir-
 cã de summissione animi præcepta daturus, eius
 virtutis cum multa in omni vita documenta-
 tũ certe in postrema hac cũ discipulis congres-
 sione insigne documentũ, et exemplũ dedit:

IN COENA DOMINI. F.C.LI

Ut ad similem virtutē, simileq; factū, non discipulos modo qui præsentes aderant, sed posteros etiā omnes christiana pietatis cultores vehementius excitaret. Nā quis unquam tā sensus expers, tamq; humanae conditionis immemor esse possit: qui cū persuasū habeat, summū illum ac prae potētem dei filiū eo se, nostra causa, demisisse atq; abiecisse, ut servi partes susciperet, audeat arroganter, et insolenter efferrī: aut quenquam hominum aspernari? Quem nā illa christi, amoris et modestiae plenissima verba non cōpunxerint, aut cuius animū tam elatum, tāq; inflatū tanta dei humilitas non fregerit, ac sūmissum effecerit? Iā vero quantū illud nobis gloriae conciliat, quātumq; decoris et ornamenti affert, quod filiū dei authorē & magistrū colendae virtutis habeamus? Certe ut nō forent hominibus, qui se se virtutis studio dedunt, amplissima praemia proposita: hoc tamen eos cum ad omne genus officij, tum ad sūmissionem animi colendā, inflāmare vehementer debuit: quod unigena dei

DECLAMATIO

filio, vitæ duce, modestiæ, humilitatis, atq; a-
 deo virtutum omnium doctore ac præceptore
 vterentur. Tradamus igitur nos tanto docto-
 ri ac præceptori in disciplinam, & demissionē
 animi eo ardētius amplectamur, quo celsior is est
 qui nobis tantæ virtutis author ac magister
 extitit. Nemo nostrū posthac vel tantillū au-
 deat extolli: aut maius aliquid de sese, quam
 humane nature conditio postulat, existima-
 re atq; sentire. Id vero quo facilius assequa-
 mur, obuersetur nobis perpetuo ante oculos
 insigne illud humilitatis ac demissionis animi
 exemplum, nobis adimitandū a Christo Deo
 opt. Max. hodierna die propositum: & si qua
 animos nostros arrogantia, insolentia, cōtuma-
 ciæ efferri senserimus, eam continuo humili-
 tatis ac summissionis Christi recordatione
 frangamus, ex animis q; pellamus. Neq; n.
 decet vt nos homunciones, humistrati, animos
 efferamus: cū regia illa diuini nuīs maiestas
 tā se nostra causa demiserit et abiecerit. Sed
 de his hætenus. Iā ad reliqua hoc tempore, a
 christ

christo hominū liberatore gesta exponēda per
 gamus. Lotis igitur discipulorū pedibus, alte
 rū longe ardentioris charitatis et amoris sig
 nū christus dedit. Nā cum mox esset eo, vnde
 demissus in terras fuerat, ascēsurus: nobisq;
 corporis sui præsentiā, suauē illam quidē, iucū
 dam, atq; amabilē subduēturus: non potuit ani
 mus ille christi clementissimus, nostriq; amā
 tissimus, nos prorsus sua præsentiā orbatos,
 destitutosq; relinquere. Quid igitur ageret?
 omnino mors oppetenda, omnino illi ad patrē
 erat redeundū: Et id quidē nostra maxime
 intererat. At a nobis discedere, nullūq; nobis
 eximij sui erga nos amoris monumentū relin
 quere: durū admodū ac difficile christo nostri
 cupidissimo et amātissimo videbatur. Quocir
 ca vt noīs sui, ac maxime in nos charitatis, eo
 rūq; omniū quæ nostra causa gessit ac pertu
 lit, memoriā, āplissimo aliquo ac sēpiterno mo
 numēto cōsecraret: sacro sãcti corporis et san
 guinis sui ineffabile sacrum instituit. Quo ef
 fectum mirabiliter est, vt eum quem oculis

DECLARATIO

corporis contueri nō possumus, oculis certe mē-
 tis cernamus : eiusq; præsentia iucūdisima,
 sub oculos tamen non subiecta, fruamur: atq;
 proinde orbitatis, & diuturni exilij nostri mo-
 lestia siminus exhauriatur, certe quoquomodo
 leniatur. Omirā erga nos dei nostri beneuolen-
 tiam, o singularē beneficentiā, o profusissimā
 liberalitatem, cui non satis visum est, carnem
 humanā, nostri liberandi ac redimendi causa,
 assumere: peccata nostra acerbissima morte
 expiare, nisi etiam sese nobis, panis & vini qui
 busdam operculis absconditū ac tectū, non cōs-
 piciendum modo, sed contrectandū etiam, ac
 Deu. vescendū præberet. *Quæ nā, quæso vos o viri*
 iii. *fratres, tā inclyta ac præstans natio vnquam*
extitit: quæ deos suos, quos coleret, ita præsen-
tes habuerit: quæ admodum præsens adest no-
bis deus noster? Sub illis siquidē panis & vini
formis, quas oculis cernimus, Christus dei fili-
us, summus ille quidem, ac præpotens, optimus
maximus, beneficentissimus, sapientissimus:
vnuersitatis effector, ac moderator, quem an-
celo

IN COENA DOMINI Fo.C.LIII.

gelorum celsissima mentes summa religione & pietate venerantur, cui omnes creaturae parerent quemque demissis cervicibus observant, ac suspiciunt: illic inquã immensa illa numinis divini maiestas, ac celsitudo, quã demones horrerent abdita & abscondita delitescit. Quis igitur erit tam a communi sensu abhorrens, qui isthac animo complectens, & diligentissime considerans non summo terrore & pauore aditurus ad sacra arã, afficiatur? Non incredibili etiã gaudio, & gestienti letitia efferatur? non lachrymas profundat? Ecquis a lachrymis valeat temperare, cũ deũ suũ, vindicem, & redeptorem fratrem etiã et amicũ quã coniunctissimũ presentẽ animo cernat, manu teneat, & sanctissime exosculetur? Magnũ profecto, magnũ hoc sacro augustissimo exiliy huius leuamentũ nobis miseris allatum est, quo si destituti fuisset mus, quis posset vitæ molestias sedato ac pacato animo perferre: turbidos fluctus frangere, ac turbulētissimas tempestates superare? gratias agimus tibi o beneficentissime Iesu sum

DE CLAMATIO

*mas et immortales, qui nobis afflictis tantum
 dedisti solatiū: quotidie vero de vita in discrimen
 vocatis, tantum hoc tuo sacro ineffabili
 perfugiū præbuiſti. Etenim huiusce admiranda
 hostiæ vi, et efficacitate, nō solum afflictus
 demissus, ac prostratus animus excitatur &
 erigitur verū et multū illi roboris accedit: quo
 cōfirmatus ōnes aduersarij īpetus inuictus sus
 tinet: nullisq; eius oppugnationibus, aut machi
 nis gradu deijci, aut deturbari facile pōt. Hoc
 ipsum est a D. I oan. Chryſostomo āple, mag
 nifice, ac grauiter dictum adhunc modū. Vt
 leones flammā expirantes, sic ab illa mensa
 discedimus, terribiles effecti diabolo. Quid
 mirum? Hic est. n. ille panis de quo a vate re
 gio verissime pronunciatum est, & panis cor
 homines confirmet. Hoc est illud viaticū sin
 gulare, quod olim Manna populo iudaico ad
 pastionem corporis datum adumbravit, sed
 nequaquam cum hoc pane, quo christiani ves
 cimur, conferendum. Illud enim Manna ina
 nimium: hoc vero nostrum vita et intelligētiā
 præ*

IN COENA DOMINI Fo. CLIII

præditum est: illud ab angelis factum, indies
 singulos Hebræis, ad pastum, vitamq; corpo-
 ris tuendam, suppeditabatur: hoc vero nõ qui-
 dem fabricatum ab Angelis: sed ipsum potius
 effecit, ac fabricauit Angelos: nobisq; ad vitã
 animi vigentem & incolumem conseruandã
 diuinitus datum est. Illud si in diem alterum
 reseruaretur, cõtinuo putrescēs vermibus sca-
 tebat: hoc vero immortale & sempiternum
 existens, flagitiorum, ac peccatorum vermes
 interficit. Qui vescitur, inquit christus hoc
 pane, mortem non videbit in æternum, et pa-
 nis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vi-
 ta. Pane illo vsi ac pasti antiqui patres: deser-
 te illius, incultæ, vastæq; regionis, ad quam
 peragrandam Deo authore ac duce aggres-
 si sunt, asperitates superarunt: ac tandem ad
 letissimam, fœcundissimamq; illam regio-
 nem, lacte ac melle manantem sanctissimis
 olim patribus promissam, multis exhaustis ex-
 anclatisq; laboribus peruenerūt, equa tamē ne
 farijs eorum

DECLAMATIO

eorum flagitijs ac sceleribus ita postulantibus
 expulsi, aly alio dissipati sunt. Hic vero noster
 panis homines pios, & ab omni scelere & fla-
 gitio puros, a quibus sumitur & gustatur, per
 varia vitæ discrimina & in cōmoda tutos, pos-
 tremo florentes, & incolumes in cœlestē illam
 Hierosolymorū urbē, quo euo sempiterno ac
 quiete fruantur, introducit. Hæc cū Heros il-
 le præstantissimus, ac Christo deditissimus
 Bernardus cū animo suo reputasset: summa
 quadā admiratione affectus, exclamavit in-
 quiens, & stupenda dei miseratio: verbū carnē
 deus cinerē, vita cadaver assumit, ut iumenta
 manducarēt panē angelorū. Comedūt Ange-
 li verbum de deo ab æternitate natum, come-
 dūt homines verbum carnē ac fœnum factū:
 verbū quippe caro factū est: et omnis caro va-
 tis sententia fœnum. O incredibile dei misera-
 tionem, o amorē singularē, qui non satis habu-
 it, unigenam suū nobis ad liberationem ac re-
 demptionē dare nisi eundē etiā ad pastionē
 animorū nobis impertiret: quo scilicet vitam

IN COENA DOMINI F. C. LV

ac salutē diuini sanguinis pretio cōparatam,
 perpetuo tueri ac conseruare possemus. Olim
 siquidē dei filius vniuersum genus hominū e
 durissima seruitute, acerbissimo corporis, &
 animi cruciatu, redemit: at nunc eiusdē mor
 tis, ac perpeſſionis clarissimū viuūq; monu
 mentum lapsos erigit, humoq; stratos excitat
 imbecillos & fragiles corroboret, nutantes cō
 firmat, inclinatos, ac prope iā in numinis diui
 ni offensionē casuros, admirabiliter, ne corru
 ant, sustentat, languentes cōmouet, ac dei stu
 dio & amore vehementer inflāmat. Esuriē
 tes exaturat, ac deniq; omnibus, morte et cru
 ciatu christi hominibus allatis fructibus, et cō
 moditatibus cōplet & cumulat. Neq; mirum
 siquidē in hoc tāto, tāq; angusto sacramēto
 idē immolatur, et sumitur: qui in acerbissima
 crucis ara sese deo patri, ad expiationē nos
 trorum scelerum, et vitæ cōseruationē, lubētis
 sime obtulit & immolauit. Sed hoc loco sum
 mam & incredibilem Christi humilitatē, ani
 miq; summisionē, mihi in mentē venit admi

DECLAMATIO VI

rari. Qui non solum mortalis adhuc, ac per
 peccionis particeps existens, passus est cōtami
 natis sese impiorum manibus attrectari: sed
 etiam immortalitate donatus, summa gloria
 & honoribus amplissimis decoratus, cœli ter
 raq; imperio potitus: non grauate sese in os ho
 minum inserendum, atq; postremo vescendū
 prebet. Quæ nam est tibi o christe hominum
 Angelorūq; procreator, & orbis effector: cū
 homine vilissimo amoris tanta cōiunctio? quæ
 tanta familiaritas & necessitudo? Non satis
 habuisti, humanam naturam, humilē illā qui
 dem & abiectā, ad diuinā hypostasim tuam
 adiungere: nisi hominē ita tecū coniungeres
 ut vnum plane cum eo corpus, vnumq; spiri
 tum efficeres: illeq; non iam sua sed tua vita
 viueret? Illudq;, quasi suo iure, quod est ab
 Apostolo tuo dictum, usurparet: vivo ego
 sed non ego: viuit autem in me Christus?
 o inexplicabile diuinæ misericordiæ, charita
 tis, & beneficentiæ sacramentum. Hæc o sa
 cra deoq; deuota concio noctes ac dies animo

IN COENA DOMINI F. CLVI.

agitemus, tantã aduersus homines diuini nũ
 minis charitatem, tamq; largã beneficentiã
 animis nunquam excidere. (Nisi omnium in
 gratissimi esse volumus) aut effluere patia-
 mur. Nam quo ampliora maioraq; sunt hæc
 in nos a Deo collata beneficia, eo maius ac de-
 testabilius ingrati animi crimen, notamq;
 subibimus: si ipsorum memoriam deposueri-
 mus. Eluamus præterea animi sordes, vi-
 taq; innocentiam & integritatem, summa
 contentione tueri, ac conseruare studeamus.
 Aequum. n. est, vt qui sanctissimum illud at
 q; inuolatum Christi corpus manibus tan-
 gunt, atq; indies singulos, vel certe statis qui-
 busdam certisq; diebus, edunt: sanctissimã
 etiam, purissimam, integerrimamq; vitam
 agant. Absit precor a nobis atrox illud flagi-
 tium, immane scelus, quod suscipiunt ij qui
 scelere aliquo contaminati ad sacrum hoc au-
 gustissimum faciendum, hostiamq; illam
 diuinam vescendam accedunt. His siqui-
 dem cœlestis hæc pastio non salutem & opem
 sed

DECLAMATIO

sed pestem potius ac perniciem affert: non im-
 mortalē ipsis vitā donat, sed contra dignos ef-
 ficat, qui interitu afficiantur, mulctēturq; se-
 piterno. Quare ne & nos ex vita mortē, &
 ex animorum medicina inualetudinē, et a gri-
 tudinem animi reportemus: neue rei de corpo-
 re Christi arroganter, impudenterq; percepto
 efficiamur: danda nobis diligentissime opera
 est, vt ad mensam ac coenā domini nobis pau-
 peribus & humilibus singulari munificentia
 & splendore preparatā, cum excellentē vitæ
 sanctimoniā, tum maximā animi demissionē
 summāq; reuerentiā afferamus. Quorū al-
 terum, conquirendis, perscrutandisq; peccatis
 deplorandis etiam, sacerdotiq; secreto indican-
 dis: alterum uero regia Christi maiestate cō-
 sideranda consequemur. Quis.n. non ingēti
 timore afficiatur? non singulari pietate & re-
 uerentia hoc diuinum sacramentū prosequa-
 tur? cum secum expenderit: eum, qui sub for-
 mis illis sub aspectum subiectis ceu quibusdam
 operculis, contegitur: esse vniuersitatis moli-
 torē

IN COENA DOMINI. Fo. C. LVII

rorem, summū illū quidē immensū, potentis-
 simū, atq; sapientissimū: cui omnes creaturæ
 parent, cuius in conspectu ac præsentia angelo-
 rū mentes contremiscunt, conseruatorē præte-
 rea hominū ac iudicē seuerissimū? Valet etiā
 ad salutarē sacrosanctæ Hostiæ perceptionē,
 et ad adhibendos aīo ad Christū diligendū et co-
 lendū stimulos: cruciatuum eorū, quos nostra
 causa lubenti & elato animo pertulit, & susti-
 nuit, diligens recordatio. Est enim diuinū hoc
 sacrum, ad excitandā perpeffionis Christi me-
 moriā, potissimum diuina sapientia ac clemen-
 tia institutum. Id quod idē Christus declara-
 uit: cum Apostolis imperauit, vt quoties hoc
 diuinū sacrum obirent atq; conficerēt, toties
 suæ erga homines charitatis & beneficentiæ,
 et acerbissimæ mortis memoriā renouarent.
 Hoc inquit: facite ad mei aduersum vos amo-
 ris cōmemorationē. Quare et nos si Christi
 mandato obtemperare volumus; (velle certe
 debemus) ad hoc sacrum faciendum adituri:
 eius omnes acerbitates, cruciatus, & angores

DE CLAMATIO

memoria repetamus, easq; acerbissimo luctu,
 ac profusis lachrymis prosequamur. Ecquis
 est adeo stupidus, qui ad afflictionis Christi
 memoriã animũ reuocans, non cõmoueat,ur,
 ac lachrymarum vim profundat? Quis . n.
 tenere lachrymas possit, cũ statuat aĩe oculos
 deũ suũ a nefarijs ac flagitiosis hominibus tã
 male habitũ: vinculis constrictũ, trusum, ac
 raptũ ad supplicium: colaphis grauitèr cõesũ
 verberibus excruciatum, innumeris iniurijs
 ac contumelijs affectum, cruci per summam
 immanitatẽ affixũ: vulneribus confectũ, ac
 postremo acerbissima & crudelissima morte
 e medio sublatum? Hæc igitur ad sacrosanc
 tam aram adituri nobiscum meditemur: quo
 & Christi liberatoris nostri amore incenda
 mur, & pane illo cœlesti, perinde ac decet, ves
 camur: dignosq; nos præbeamus, qui sempitern
 o cum Christo euo in cœlitum domicilio fru
 amur. Etenim dominus Iesus christus ijs, qui
 se pie ac sancte in vita coluissent, & admira
 bilis huius hostiæ participes effecti essent: vitã
 beatã

IN COENA DOMINI Fo. CLV III

beatā ac sempiternū eum est pollicitus: eiusq;
 rei obsidē, sacrosanctā hanc hostiā esse voluit.
 Nam quis obsecro in dubiū vocauerit, se posse
 florentissimo illo ac beatissimo christi regno
 potiri, eiusq; presentia aliquādo frui, quotā fa-
 miliariter fruitur, etiā in exilio manēs? O igitur
 fratres Christo deuotissimi letitia & gau-
 die exultemus, quippe quibus Christus profec-
 turus in cœlū, corpus suū tectum, & opertū re-
 liquerit, clarissimū, ac grauissimum sui erga
 nos amoris monumentū: ac certissimum vitæ
 æternæ pignus. Hoc interim dum in vita su-
 mus fruamur: donec tandem in cœlitum se-
 des traducti, sponsū christum, non iam oper-
 tum & integumentis inuolutum sed propalā
 & in conspectu positum conspiciamus: atq;
 indissolubili cum eo amoris nexu coniuncti,
 diuq; optatis amplexibus potiti, vitam beatā
 florentē, tranquillā, sempiternis seculorū æta-
 tibus degamus. Sed de his satis fortasse mul-
 ta. Reliqua persequamur. Instituto igitur
 a christo confectoq; admirabili illo diuinoq; sa-
 xii cro cœles

coelestiq; illo cibo discipulorū animis pastis, dei
 q; studio & amore inflā matis, cōcionē deinde
 excellentissimā habuit: qua discipulos cum ad
 amicitia, animorū voluntatumq; consensio
 nē, perpetuo conseruandā charitatisq; mutuae
 officia colenda, ad despiciendas res humanas,
 & inuictum, elatumq; animum in rebus ad
 uersis ac tēporibus difficilimis præstandum, a
 mantissime est cohortatus: tum de rebus diui
 uis ac coelestibus docuit: & erudit. Verū quo
 niā angustis tēporis prohibemur, quominus
 omnes huiusce diuinæ cōcionis partes persequa
 mur: ea tantum edisseremus, quæ nobis de mu
 tua charitate, a Christo opt. Max. mā data ac
 præcepta sunt. Volens igitur Christus potissi
 ma pie, christianæq; philosophiæ conuenienter
 viuendi præcepta discipulis tradere: eaq; in ip
 sorum animis altius infigere: à charitate om
 nium virtutum præstantissima exorsus, sic
 ait. Mandatum nouum mando vobis, vt dili
 gatis inuicem: sicut dilexi uos, in hoc cognoscēt
 omnes, quia discipuli mei estis: si dilectionē mu

tuã habueritis. O præceptum ac mandatum
 suauissimum, o testamētum nulla unquã obli
 uione ex animis nostris delendum. Hoc, inquit
 dominus Iesus, mando vobis: hoc præcipio ac
 præscribo, vt vos mutuo amore cõplectamini
 ac amore non quouis: sed sanctissimo, vereq;
 christiano, quo scilicet ego vos sũ prosecutus.
 At quonã modo o optime ac clementis. Iesu, ip
 se dilexisti nos: certe hoc significare ac decla
 rare his verbis voluisti, vt quẽadmodum ipse,
 hominum genus perditum miseratus: eiusq;
 liberandi ac conseruandi studio, ac cupiditate
 inflãmatu, e cœlo in terras descendisti, innu
 meras acerbitates pertulisti, ad extremum sã
 guinem vitamq; profudisti: ita et nos internos
 amemus, vt non solum fratrum, si qua eos ca
 lamitas oppresserit, misericordia commouea
 mur: sed opem etiã illis ac subsidium, si id com
 mode facere possumus, afferamus: vitam præ
 terea, si opus fuerit, ipsorum causa amittere
 non dubitemus. Ecquid mirum si nos, vt fra
 trum fortunis, dignitati ac saluti sit consultũ

ac prospectū, laborē aliquē suscipiamus: aut
 discrimen adeamus: si christus Deus noster,
 quoniam e Tyrannide, ac servitute durissima
 diaboli in libertatē vindicaret: non grauate in
 turbulentissimos sese fluctus, in ingentes dimi-
 dimicationes, in acerbissimos cruciatus, atq;
 postremo in mortē dedit? Non est seruus hero
 ac domino suo superior, neq; legatus præstanti-
 or est eo, a quo missus est cū mādatis. Hoc au-
 tē vel maxime apparebit, et extabit nos christi
 disciplina ac doctrina esse tributōs: si inter nos di-
 legerimus. Quare si christi discipuli esse,
 et haberi volumus: hoc officiū, et charitatis præ-
 ceptū studiosissime colamus, mutuisq; nos offi-
 cijs mutuq; amore prosequamur. Ab illa uero
 amicitia, ac cōiunctione inter nos, valde abhor-
 reamus: quæ prosperis, & ad voluntatē flu-
 ētib; rebus cōseruatur atq; retinetur, aduer-
 sis vero ac tristibus, amici opem ac præsidium
 postulantibus, facile distrahitur. Etenim huius
 modi consociatio, non hominū illa quidem est
 sed bestiarū: quæ omnia voluptate, libidine, et
 vtili;

Utilitate metiuntur. Adhæc nostras iniurias
 ijs, a quibus læsi sumus, facile cõcedamus. Ah
 malũ, Christus suas iniurias non est persecu-
 tus: tu vero, homuncio, tanta eris insolentia
 & superbia, vt tuas audeas persequi? Christũ
 vel innumerabiles iniuriæ, ab eo quod ceperat
 nos redimendi, ac liberandi consilio abducere
 ac deterrere non potuerunt: tu vero vel leuissi-
 ma iniuria laceffitus, exardesces ira, & conti-
 nuo amicitia nunciũ remittes? Quare o fra-
 tres si christiani nominis dignitatem tueri, si
 christi mandato parere volumus: siquid in nos
 frater admiserit, facile ei cõdonemus: si prolap-
 sus fuerit, manum illi, qua subnixus surgat, a
 mãter porrigamus: si in virtutis ac pietatis
 studio profecerit, illi amicisime gratulemur,
 sic. n. agẽtes, cũ nomini christiano, quod geri-
 mus, respondebimus: tum dignos nos præbebi-
 mus, qui sēpiternũ euũ cũ Christo, ac beatis om-
 nibus agamus. DIXI.

INDEX OMNIVM QVAE HOC
libro continentur.

- I**NCIT Amenti amoris erga deū prima
pars de peccatis ac flagitijs respuēdis.
Quantopere peccatum deo displiceat, consy.
fo. i.
Quantā is qui scelus aliquod suscipit deo iniuriam faciat, consy. ii. fo. iiij.
Quam sit in Christum ingratus: qui ijs se flagitijs contaminat: quæ ille morte acerbissima expiavit, consy. iii. fo. vii.
Quam dedebeat dei filium sceleris susceptio. consy. iiii fo. x.
Diuini numinis gloriae nefarijs flagitijs labem inferri. consy. v. fo. xi.
Non esse in hominis potestate peccati se vinculo exolvere. consy. vi. fo. xii.
Non facile expiari admissum scelus. consy. vii. fo. xiii.
Quantum homo ex peccato detrimēti capiat consy. viii. fo. xiiii.

Quam

Quam graues sint flagitijs diuina seueritate
pœnæ constitutæ. consy. ix. fo. xv.

INCITAMENTI amoris erga deum se
cunda pars de ijs quæ pertinent ad vitæ cõ
tempnionem atq; despicientiam.

Non esse in diuitijs vitã beatam constitutam.
consy. i. fo. xxi

In honoribus vitã beatam nequaquam esse po
sitam. consy. ii. fo. xxv,

Voluptates corporis nequaquam homini ad ius
cunde beateq; viuendum conducere. consy.
iii. fo. xxviii.

Quam sint res humane fluxæ ac caducæ.
consy. iiii. fo. xxx.

Vitam hominum multis esse periculis propo
sitam. consy. v. fo. xxxii.

INCITAMENTI amoris erga deum. iiii.
pars de inflãmendo animo ad cœlestium
cupiditatem.

De cõtẽplatione diuinitatis. cõsy. i. fo. xxxvii

Quibus copys affluant ii, quidco in cœlo fruũ
tur. consy. ii. fo. xxxviii.

INDEX.

- Amplissimis honoribus decorari, afficiq; electos. consy. iiii. fo. xxxix.*
De gloria, celebritateq; sanctorum. consy. iiii. fo. xxxix.
De piorum in cælo voluptate: ac iucunditate incredibili. consy. v. fo. xxxxi.
De virginis dei paræ aspectu iucundissimo. cōsy. vi. fo. xxxxiii.
De beatorum spirituũ conspectu omnis iucunditatis plenissimo. consy. vii. fo. xliiii.
De beatorum cœtu iucundissimo. consy. viii. fo. xxxxv.
De beatorũ hominum sũma scientia. consy. ix. fo. xxxxv.
Cœlites incredibilicantum suauitate deliniri consy. ix. fo. xxxxvi.
De cœli Empyreis pulchritudine, splendore, & amœnitate. consy. x. fo. xxxxvii.
De immensa sanctorũ felicitate. cō. xi. f. xl viii
Ex christi ac sanctorum hominum acerbitatibus colligi cœlestis vitæ felicitatem. consy. xij. fo. li.

INDEX. Fo.C. LXII

- NC**Itamenti amoris erga deum pars. iiii.
 de priuatis: ac generalibus dei benefici. f. lxiiii.
 De priuatis dei oꝝ t. Max. erga quemq; hēmi
 num benefici, s, consyderationes. x.
 De generalibus dei beneficij. fo. lxv.
 De orbis, rerumq; molitione, administratione
 & conseruatione. consy. i. fo. lxv.
 De angelorum custodia, & obsequio. consy.
 ii. fo. lxvii.
 De redemptionis ac liberationis hominum in
 genti beneficio. consy. iiii. fo. lxviii.
 De sacræ hostiæ ineffabili, inexplicabiliq; dono
 consy. iiii. fo. lxx.
INCItamenti amoris erga deum pars. v. de
 diligendo ac venerando deo.
 De diuina vi. potestate, ac veneranda nimiū
 maiestate. consy. i. fo. lxxvi.
 De diuina bonitate & beneficentia. consy. ii.
 fo. lxxviii.
 De diuina erga homines beneuolentia & cha
 ritate. consy. iiii. fo. lxxxvi. (iiii. fo. lxxxv.
 De diuina misericordia & clementia. consy.

NIDEX.

De diuina iustitia, & aequitate. consy. v. fo. lxx
xxviii.

De incōprehensa dei scientia. cons. vi. fo. xcii

De diuina beatitudine, suauitate, ac pulchritu
dine. consy. vii. fo. lxxxxvii.

INDEX precationum.

Precatio hominis vitæ errata acerbissime de
plorantis. fo. xviii.

Precatio hominis ardenti cœlestis vitæ desyde
rio flagrantis. fo. liii.

Precatio cōplectens gratiarum actionem pro
beneficiis diuinitus acceptis. fo. lxxii.

Precatio ad postulandam mutui amoris cum
deo coniunctionem. fo. cii.

Gratiarum actio. seu potius totius vitæ Chris
ti domini nostri ad formā gratiarū actio
nis accomodata narratio. fo. c. vi.

Dominicæ precationis paraphrastica explana
tio. fo. cxxxvi

De sacrosãcta Eucharistia declamatio. fo. cxl

Quamuis in eo multum operæ, studiijq; po
suimus Christiane lector, vt hic liber,
quem

IN COENA DOMINI F. CLXIII

quem ad inflammãdos diuini numinis studio
animos hominum conscripsimus & edidimus
quam emendatissimus in manus hominum ve
niret, multa nos tamen diũ cursim exẽplaria
ad nos delata (distinẽmur .n. quotidianarum
prælectionum occupationibus) emendaremus:
fugerũt, quæ post dũ attentius legeremus, ani
maduertimus. Quocirca faciẽdũ mihi esse
ptauit: ut de insignioribus erratis admonerẽ
ijs .ss. quæ intelligentiã remorari tãtillum
posset, coetera vero leuiora nobis pro tua hu
manitate, lubenter condonabis.

Fo. ix. p. ii. lin. xii. pro quod lege quid.

fo. xi. p. ii. lin. ii. pro tui lege sui, & versu .iii.
pro dedecores, lege dedecoret.

fo. xx. p. i. ver. xxxi. pro tolerabilis, lege tolleba
ris.

fo. xxvi. p. ii. li. iiii. pro solitudinibus lege soli
cudinibus.

fo. xxxvi. p. ii. l. xx. pro fueris lege frueris.

fo. xxxix. p. ii. li. xvii. pro cōcesu: le. cōfessu.
 fo. xlv. p. ii. l. xv. pro numen. lege numae.
 fo. xciii. p. ii. lin. xii. lege. ut & vitam ipsa.
 fo. lxxxviii. p. i. lin. i. leg. summactiam in fi
 nitaq;.
 fo. lxvi. p. ii. lin. xviii. adiunge, eripiat atq;
 subducatur, sed contra, & expunge: eaq;.
 fo. lxix. p. i. lin. xvii. pro naram: lege naturā.
 fo. cxxxv. p. i. l. iii. leg. contentione.
 fo. cxxxviii. p. i. l. vltima pro quod lege qui.
 fo. cxxxvii. p. ii. li. viii. pro deinxisset.
 lege deinxisset.

Summae L. de
 EXCVSSVM CONIM


bricæ a Francisco Correa

typographo: sexto

nonas Maias.

M. D. L.







M. D. 3.